


P. ...

Herrn Director Gisecke 642
auf Wunsch des Herrn Prof. Bursian
hochachtungsvoll überreicht
vom Verfasser.

Günstig recensirt von Bgm im literar. Centralbl. 1875 p. 1413

Cover

DE
HOMERICAE ELOCUTIONIS
VESTIGIIS AEOLICIS.

DISSERTATIO
INAUGURALIS PHILOLOGICA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN
ALMA UNIVERSITATE LITTERARIA
FRIDERICA GUILELMA
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
DIE XX. M. MARTII A. MDCCCLXXV. H. XII.
PUBLICE DEFENDET

AUCTOR
(Ludwig Wilhelm)
GUSTAVUS HINRICHS
THURINGUS.

ADVERSARIORUM MUNERE FUNGENTUR:
CURTIUS BRUCHMANN, DR. PHIL.
CAROLUS MICHAELIS, DR. PHIL.
ARMINIUS PATZIG, CAND. PHIL.

BEROLINI, MDCCCLXXV.

ADOLPHO KIRCHHOFFIO

PRAECEPTORI CARISSIMO

SACRUM.

DE

HOMERICAE ELOCUTIONIS VESTIGIIS AEOLICIS.

Cum veteres quicunque studium et ingenium ad res grammaticas contulerunt in Homericis carminibus, ex quibus ut omne principium sumpserunt sic in linguae Graecae discrepantias inceperunt inquirere, plures dialectos adhibitas esse satis confidenter statuissent, — qua in re subsidiis sane severioris disciplinae et in primis ratione quae aetatum demum decursu excolitur historiam linguae et dialectorum contemplandi quam maxime destituti non raro errarunt et in universum parum planum atque liberum profecerunt iudicium — inter recentiores passim ea opinio increbruit, Homerum linguam priscam et omnibus Graece loquentibus etiamtum communem neque iam in dialectos discissam usurpasse ideoque aut Aeolicae aut Doricae dialecto formas quas Ionicus poeta inde esse mutuatus censendus esset, nec posse nec debere adsignari; quam amplexi sunt Harlessius [1]) Gedickius [2]) Heynius [3]) Buttmannus [4]) Bernhardyus [5]) Matthiaeus [6]) alii. Atque idem senserat Burgessius qui Homero Aeolismum h. e. „Aeolicam sive Doricam antiquam et fere primaevam Graeciae dialectum et ceterarum principem et quasi matrem quam loquebantur non una gens, sed antiqui universi Graeci" vindicavit [7]) quam sententiam non debebat Osannus in

1) In Fabric. bibl. Graec. I. p. 564.

2) in Promptuario litter. et artium Berolin. I. 2. p. 22 (a. 1782).

3) v. Iliad. tom. VII. p. 712.

4) in gramm. Graec. ampl. I². §. 1. 4. p. 3, §. 107. n. 8**). p. 506.

5) v. hist. litter. Graec. I². p. 29.

6) in gramm. Graec. I. p. 9.

7) Conferas eius adnot. ad Dawesii miscell. critic. p. 399. 406; usus sum editione Harlessiana.

Anecdoto Romano p. 285. magna laude efferre; tamen eam plu fovebant ut Ribbeckius in huius libri censura[8]) atque con Ahrensium protulit censor eius grammaticae Graecae[9]). P fecto qui eam secuti sunt omnes antiquae linguae reliquias] vestigiis Aeolicis venditare poterant. Rectius sane si quid vid de hac re iudicarunt Giesius et Ahrensius, viri doctissimi et Graecae linguae dialectis egregie meriti; diserte scilicet uterq diversarum dialectorum usum quem Harlessius lyricorum demu aetati tribuit, et mistam quandam speciem in carminibus Hom ricis agnovit[10]). Etiam Ribbeckii sententia l. l. cunctanter qu dem eo inclinavit, ut ante Homericam aetatem singulas dialect separatim se corroborasse ut possent discerni, crederet. H igitur placitum mihi quoque prae ceteris adridere nunc pra moneo cum quaestionem de Aeolismo Homerico instituendam a que singula Aeolica vestigia conlegenda et pertractanda mihi pr posuerim, quod etsi esse videtur operae pretium, cum satis ad curate tum continua explanatione a nullodum motum esse vide ram. Nam quae dissertatio „de Aeolismo Homerico" a. 1865 Halis Sax. prodiit Theodori Ameisii, me illud consilium conci pientem fugerat neque prius in manus incidit quam totam fer materiem congessi magnamque commentationis partem absolvi tamen cum vidissem in multis quidem rebus iudicium utriusque nostrum non dissentire, sed neque omnia neque ea quae ill exposuerat, e sententia mea disputata esse qua re eius in conpluribus locis rationem habere cogor, propositum abiciendum non esse putavi neque rem retractare dedignatus sum. In qua maxime Giesii Ahrensii — quorum libris quod extremae partes, quarum in tali quaestione cuivis haud parvum movetur desiderium, tamen exspectatio evanuit, non poterant addi, valde dolemus — G. Curtii aliorum quorum nomina et quid iis debeam suis locis laudabo, meritis me adiutum esse vix est quod plane moneam. Sed priusquam nunc ad ipsam disputationem accedam, cum viri docti quid sit Aeolicum aliquantum inter se dissentiant, idcirco non supervacaneum mihi videtur sententiis

8) cf. Iahnii annal. vol. 66. p. 9. 9) ibid. p. 352.

10) Giese, de dial. Aeolic. p. 72. 149. Ahrens, de diall. linguae Graec. I. p. IX., in gramm. dial. Homeric. et Atticae §. 1. p. 3, ed. alt. Gotting. 1869.

perlustrandis paululum inmorari, quo videamus quid sit Aeolismus Homericus et certam diiudicandi normam accipiamus.

Quamquam iam diu, certe medio saeculo quinto, cum universa Graecorum institutionis ratio niteretur lectione carminum cum poetarum aliorum tum Homeri, exstiterant qui in legendi usum vocabula recondita conlegerent variasque voces disponerent interpretarunturque, inter quos Homeri glossographos [11]) primus videtur fuisse Democritus Abderita [12]), Aeolensium vero poetarum commemorandi sunt Dicaearchus Messenius Callias Mytilenaeus Chamaeleo Heracleota [13]), aliorum alii, tamen nemo ante Alexandrinos de singularum dialectorum discrepantiis et proprietatibus examinandis adcuratiusque describendis cogitavit, sed sub Zenodoti demum aetatem hi illorum commentariis instructi [14]) totam quae est de dialectis disciplinam excitarunt cuius in fundamentis iaciendis maxime Dionysius Iambus eiusque discipulus Aristophanes Byzantius videntur elaborasse [15]). Iam vero praecipue primo a. C. n. saeculo in dialectorum tractatione et multos et bonos grammaticos studia occupata habuisse nomina docent Seleuci Homerici [16]) Tyrannionum [17]) Aristoclis Rhodii [18]) Philoxeni [19]) Pamphili [20]) aliorum inter quos omnium acerrimum

11) v. Lehrsii librum de Aristarchi stud. Homer. p. 35² sq. et Graefenhanii hist. philolog. antiqu. I. p. 187—190. 530—537.

12) cf. Sengebusch. diss. Hom. I. p. 52. 135.

13) de Heraclide Pontico quem Eustathium laudasse Giesius dixit p. 37, erravit, cf. not. 29.

14) v. Lehrs p. 43.

15) cf. Nauckii fragm. Aristoph. Byz. p. 2. 69. 73, Graefenhanium I. p. 543 sq. praeter Wolfii Proleg. p. CCVI, Sengeb. p. 54. Rectissime autem hoc argumento usus Hellanicum grammaticum qui de quarundam formarum dialecto praeceperat, a vetusto historico eiusdem nominis segregavit Sturzius, Hellan. Lesbii fr. p. 30—34, cui omnes cum Wolfio p. CXCIII. n. 64. et Grauerto in comm. quae est: über die homer. Chorizonten in Mus. Rhen. vet. I. (1827) p. 208, assensum praebuerunt.

16) cf. Graefenhan. III. p. 203.

17) v. Planer, de gramm. Tyrannione in progr. gymn. Ioachimici Berol. a. 1852. p. 8. 9.

18) v. Maur. Schmidt, Didymi Chalcent. fr. p. 25.

19) v. M. Schmidt. in Philol. IV. 630 sq. VI. 660—666. Sengeb. p. 34.

20) v. Graefenhan. III. p. 205.

dialectorum investigatorem se praestitit Trypho Alexandrinus qui *περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ διαλέκτων καὶ Σιμωνίδῃ καὶ Πινδάρῳ καὶ Ἀλκμᾶνι καὶ τοῖς ἄλλοις λυρικοῖς* libros conposuerat [21]). Tametsi igitur quas sententias de origine et condicione dialectorum antiquiores probaverint, quid eorum opera in hac disciplina profecerit, plerumque ignoramus, id constat eos dialectos earum tantum gentium quae poesin et litteras excoluerant singulatim curasse h. s. Ionicam Atticam Doricam Aeolicam (et Tryphonem nescio an propter Corinnam Boeoticam [22])) atque suo quamque nomine adpellasse. Ac mihi quidem e Tryphonis loco *περὶ παθῶν λέξεων* §. 11: *προςτίθεται δὲ τὸ δίγαμμα παρά τε Ἴωσι καὶ Αἰολεῦσι καὶ Δωριεῦσι καὶ Λάκωσι καὶ Βοιωτοῖς* [23]) satis probabile fit ipsi non modo non usum verum etiam notionem nominis Aeolici qua omnes Graeci praeter Dores Iones Atticos conprehenderentur, plane ignotam fuisse; quam opinionem ex historica interpretatione vetustae fabulositatis repetitam suspicor a Strabone [24]) primum dialecticis rationibus extrinsecus obtrusam esse. Is enim cum persuasum haberet tot Graecorum stirpes fuisse quot dialectos, secundum illam grammaticis usitatam quattuor dialectorum divisionem quae totam linguae discrepantiarum copiam ei visa est amplecti, rem sic instituit ut Aeolicae dialecto multo maior quam ceteris ambitus adtribueretur, quod luculente exposuit Ahrensius I. p. 2 simul videns p. 283, eum Dicaearchi Messenii si minus verba at certe dispositionem adscivisse. Atque iuxta Dicaearchi verba quae in fragmento *Βίου Ἑλλάδος* exstant apud M. Fuhrium, Dic. Mess. quae supersunt, Darmstad. 1841. p. 147, Hesiodi fragmentum e catalogis ductum (XXXII. ed. alt.

21) v. A. de Velsen, Tryphon. Al. frg. p. 1 sq. Sengeb. p. 33. 124.

22) cf. Giesium p. 46.

23) Hunc in Ahrensii libro I. p. 30 non integrum transcriptum nescio cur Christius in fundam. phonolog. Graec. p. 172 pro corrupto iudicaverit, si ipse Museum Cantabrig. inspexit; scilicet Ahr. eius quod exciderat, II. p. 508 partem subpleverat; plenum etiam exhibet Savelsbergius de Digammo p. 8; porro falsus est G. Rennerus, de dial. antiqu. Graec. poesis elegiac. et iambicae in Curt. Stud. I. 1. p. 145, qui illi testimonio nihil tribuendum esse censuit.

24) VIII. c. 1. p. 513, cf. Ahrens. I. p. 1. Gies. p. 67 sq. E. Curtium hist. Graec. I⁴. p. 623. 24. (a. 1874).

[redacted]

Goettling.) adposuisse iuvabit, quo eluceat eum nihil aliud quam mythicam genealogiam ad linguae partes adaptasse:

Hesiodi	Dicaearchi
Ἕλληνος δ' ἐγένοντο θεμιστοπόλοι βασιλῆες Δῶρός τε Ξοῦθός τε καὶ Αἴολος ἱππιοχάρμης. Αἰολίδαι δ' ἐγένοντο θεμιστόπολοι βασιλῆες Κρηθεὺς ἠδ' Ἀθάμας καὶ Σίσυφος αἰολομήτης Σαλμωνεύς τ' ἄδικος καὶ ὑπέρθυμος Περιήρης.	Ἕλληνες μὲν γάρ εἰσι τῷ γένει καὶ ταῖς φωναῖς ἑλληνίζουσιν, ἀφ' Ἕλληνος· Ἀθηναῖοι δὲ οἱ τὴν Ἀττικὴν κατοικοῦντες Ἀττικοὶ μέν εἰσι τῷ γένει, ταῖς δὲ διαλέκτοις ἀττικίζουσιν ὥσπερ Δωριεῖς μὲν οἱ ἀπὸ Δώρου τῇ φωνῇ δωρίζουσιν· αἰολίζουσι δὲ οἱ ἀπὸ Αἰόλου, ἰάζουσι δὲ οἱ ἀπὸ Ἴωνος τοῦ Ξούθου φύντες.

Dicaearchi quidem locum optime Giesius p. 57 sq. commentatus est ac Fuhrius p. 386—388 satis scriptorum testimoniis illustravit. Scilicet cum contra Athenienses disputaret qui genuinam linguam Hellenicam sibi potissimum adscribere solerent, eorum gentem et linguam tribus quae alioqui distinguebantur sicut a Menandro et Heraclide Pontico[25]) Dores Aeoles Iones, adiunxit. Strabo igitur ut in mythis nomini Aeoli singuli heroes Cretheus Athamas Sisyphus Salmoneus Perieres qui Iolci Orchomeni Corinthi in Elide in Messenia dicebantur regnasse, quibus postea alii addebantur[26]), subnexi sunt, sic earum gentium quae extra et intra isthmum non ad Dores Iones Atticosque pertinebant, linguas inde adpellavit dialectum Aeolicam quae item atque Aeolus inter Hellenis filios[27]) antiquissima credebatur. Praeterea enim monendum est, quod Fuhrius p. 395. 391. recte adnotavit ipse Strabonis non inmemor, Dicaearchum loco qui paulo post legitur, cum Euripide consentientem et Dorum et Xuthum, Achaei et Ionis patrem, non Hellenis sed Aeoli filios fecisse eamque ob rem Dores Iones Achaeos cum Aeolensibus conprehensos ab Aeolo deduxisse, maxime Achaeos Aeolicae stirpi adcensuisse, unde explicatur si Strabo eos qui Hesiodo et aliis

25) v. Fuhrii l. p. 388. 396. Ahrens. I. p. 2.

26) Fuhr. p. 395.

27) cf. locum Photii e bibl. I. 135 a Fuhrio p. 381 sq. adlatum.

potius cum Ionibus cohaerere visi sunt (v. Schoemanni an quit. Graec. I³. p. 90. n. 2), *Αἰολικὸν ἔθνος* nominavit. Qu quidem origines ex Aeolidarum cognatione petitae etsi nu quam historica aetate valuerunt, tamen qua erant Graeci rel gione fabularumque studio, etiam ab historicis [28]) interdum cert consilio propagatae sunt atque gliscente Graeciae interitu stu diosissime a scriptoribus (Strabone Plutarcho Pausania) pro ferebantur et a civitatibus adamabantur (cf. e. g. titulum Magne sium altero p. C. n. saeculo scriptum, c. i. G. II. n. 2910, Boeckhiique adn. p. 580.). Nempe et cum Aeolici nominis usu quod historicis temporibus in Asianis solum Aeolensibus haeserat, et cum grammaticorum veterum consuetudine Strabonis adpellatio pugnat, in qua postea ut ipsum Aeoli nomen est quasi inenodabile aenigma, ut dixit O. Muellerus, Orchom. p. 140., Aeolicae dialecti significatio vacillabat.

Etiam grammaticos qui post C. n. de dialectis egerunt, Theodorum Gadarenum Apollonium Dyscolum Minutium Irenaeum alios [29]) quorum commentarii ad dialectos explicandas conparati mature perierant, verisimile est cum Tryphone aliisque fecisse, Herodianum autem Technicum solum de Lesbiorum ratione loquendi cogitasse e reliquiis satis adparet; paucissima contra sunt quae ad Boeoticam dialectum spectantia a Prisciano Etymologis Scholiastis Ioanne Grammatico Gregorio Corinthio Aeolica vocantur [30]). Prodigii igitur simile est quod recentiores [31]) ampliorem quam artiorem notionem Aeolicae dialecti maluerunt conprobare; at plures tacite utramque mente finxerunt. Salmasius enim etsi linguam priscam vel Thessalicam primum in Ionicam et Aeolicam dialectos discessisse, tum Atticam ab illa et ab hac Doricam distinctas esse statuit, quae antea eaedem fuissent sicut Strabo quattuor dialectos ad *παλαιὰν Ἀτθίδα* et

28) v. Thucyd. VII. 57. III. 2.

29) Heraclidem Alexandrinum qui Eustathio magnam materiam subpeditavit (v. Fabric. bibl. Gr. I. 476), et Parmenonem quo referam non habeo; illa delibasse satis est, cum longum sit et a proposito alienum, continuam historiae grammaticorum particulam contexere.

30) cf. Ahrens. I. p. 175, 1; 180, 5; 191, 5; 193, 5; 201 et 1; Gies. p. 37. n.

31) Plurimas sententias recensuit Giese p. 56—65.

[redacted]

Αἰολίδα revocaverat, tamen dixit Aeolicam nihil aliud a Dorica divisisse quam „Aeoliorum in Asiam commigrationem", aperte et antiquam Aeolicam et Asiaticam agnoscens [32]). Inter alios [33]) latius fusiusque de dialectorum principiis Burgessius disputaverat. Arbitratus igitur neque suam cuique regioni dialectum propriam esse habendam neque propter magnam inter se necessitudinem quamquam singularem ullo limite posse circumscribi, eas diversarum linguae aetatum indicia esse (p. XVI. XVIII. 399) sic pronuntiavit p. XV: „Graecam linguam antiquissimam haud ita diversam fuisse et florente Aeolica ut postea vocabatur (intell.: „A. sive Doricam quam loquebantur antiqui unisersi Graeci" p. 406) nondum illo dialectorum discrimine insignitam, itaque nondum nomina *Αἰολίδος*, *Ἰάδος*, *Ἀτθίδος* innotuisse, verum hasce dialectos ab antiquissima lingua et deinde adeo ab Aeolica profectas et variatas esse"; praeterea Aeolicam Achaeis vindicavit qui Boeotiam occupassent et in Argolide et Laconia constitissent atque cum Heraclidae redissent in Peloponnesum, expulsi in Ioniam vel Achaiam et Atticam confugissent, quare eorum sermo cum vetere et Ionum Aegialensium et Atticorum lingua, inter quas varietates non distinxit, valde permistus esset, pergens „quod Aeoles (scil. Achaei) incohassent, Iones qui ante Aeoles in Asia consedissent, ulterius provexisse ut Ionica dialectus — brevi exculta Aeolicam vicinam (i. e. Asiaticam) post se relinqueret intervallo" p. 400. 401. 404. Itaque de eius sententia Asiaticam Aeolidem ab Achaeorum Aeolismo migratio non mutavit neque vario colore infecit. Iam quam confusa sit expositio et quantum Aeolicae dialecti nominis abusus valeat videmus; neque minus quae de Aeolismis Homericis disseruit p. 405. 407. XVI., quas varietates loquendi ab aliis ad diversas dialectos relatas „non quasi ex diversis linguis, sed ex inconstantia linguae et dialectorum cognatione" repetere voluerat,

32) Vid. comm. de Hellenist. p. 412. 417. 422. 428. 438.

33) Dissertationes Viteberg. ap. Fabric. VI. p. 164 laudatas: Ch. Th. Schwartzii: de causis dialectorum, speciatim Graecarum (a. 1702) et I. I. Ferberi: ‚suspiciones historico-technicae de dialectis Graecis ex consideratione originum migrationumque Graecarum nationum collectae' (a. 1709) inspicere non licuit.

nugae sunt. — Alii contra sive linguam inter tres praecipua partes, „Doricam sive Aeolicam" Ionicam Atticam distribuerun Maittairius[34]) Piersonus[35]) Harlessius[36]), sive inter duas, Doricam et Ionicam Hermannus[37]) Sturzius[38]) Buttmannus[39]), Doricae dialecto palmam antiquitatis tribuerunt Iamblichum in Vit. Pythag. c. 34 secuti[40]): *ὁμολογουμένως* (sic pro vulg. *-μενον* Kiesslingius cum Koenio) *δὲ δι' ἑκατέρας τῶν ἱστοριῶν συνάγεσθαι τὸ πρεσβυτάνην εἶναι τῶν διαλέκτων τὴν Δωρίδα, μετὰ δὲ ταύτην γενέσθαι τὴν Αἰολίδα*[41]); Sturzius adeo Aeolicam post longinquam demum migrationem in Asia natam et excultam esse cum Salmasio acceperat, cui suo iure Giesius adversatus est p. 62. 68. Hic scilicet linguae Pelasgicae in Hellenismum quem dixit (p. 73. 132) conformatae duas aetates posuit, quarum priori ante Heraclidarum reditum Ionismum Dorismum Aeolismum, alteri historicae quattuor dialectos Atticam Ionicam Doricam Aeolicam ex illis propagatas tribuit: sed quamvis ipse tres notiones recensens p. 370. 208 grammaticorum de psilosi testimoniis coactus et in Aeolismorum Homericorum enumeratione (p. 196) solum Asiaticam dialectum intellexisset, Strabonis definitionem amplecti et Aeolismi plures species maluit agnoscere p. 144. 149. (v. Boeckh. ad c. i. g. I. 717.) Primus igitur Ahrensius Strabone refutato tralaticiaque quattuor dialectorum partitione missa perplexum acervum Aeolicarum deminuit, cum Eleam et Arcadicam pro peculiaribus haberet, solum Aeolensium Boeotorum Thessalorum Aeolicam dialectum vocaret stirpiumque mediam Graeciam habitantium, non genere quidem Doricarum, a Doride non distingueret; vellem tamen hoc de Boeotica quoque statuisset sicut iam Gedickius l. l. p. 18 Boeotos mature cum Doribus artissime coaluisse censuerat. Sed ne ea quidem opinio

34) de dial. l. Graec. p. XXX. XXXII.

35) ad Moerin p. XXVI. 36) ap. Fabric. VI. p. 165.

37) de Graec. linguae dial. in opusc. I. p. 131 sq.

38) ap. Maittair. p. XXXIII., de dial. Maced. p. 12.

39) in gramm. Gr. ampl. §. 1. p. 1.

40) laudarunt eum Sturzius ap. Maitt. XXXIV. et Giesius p. 65.

41) Iamblichum Hesiodi ordinem qui l. l. inter filios Hellenis Dorum in primo loco posuit, respexisse coniecit Bergkius in hist. litt. Graec. I. p. 64, n. 40.

viris doctis probata fuit. Sic Bergkius[42]) post eum Strabonis descriptionem laudavit atque G. Curtius, vir eruditissimus, apertis verbis[43]) praemonens ne de vera pristina unitate et inter se conexu et Aeolismi et Aeolicae gentis desperaretur, nomen Pseudaeolicarum ab Ahrensio propositum, cum esset ut nostrates solent philosophe loqui, mere negativum, repulsavit; quod crimen vereor ne omnino ipsi Aeolismo possit intendi, quae vox non unam propriam dialectum designat sed eas linguae Graecae varietates diversis locis servatas quae non pertinent ad alias dialectos ac distinctione certa carent, conprehendit. Neque tamen similitudines quae Aeolicas dialectos consociare dicuntur, tanti valent neque quicquam aliud indicant quam eas eiusdem linguae esse partes, quae saepissime locis a se distantibus sine ulla adfinitate et intercursu stirpium pari via iisdemque rebus efficientibus in parem modum progressae easdemque mutationes passae sunt. Itaque cum de antiquissimo sermone nihil conpertum habeamus neque e communione gentium fabulis celebrata ad dialectos Graecas quicquam lucri coniecturis eliciatur, ex lingua ipsa qualis est cognita ipsorum iudicio usi rationes earum definiamus ac pariter et ab eodem tempore earum primordia repetamus necesse est. Quamquam vero quisque ab gravissima aetate ac pluribus gentium migrationibus longinquis referta qua tota paene Graecia radicitus inmutabatur, Ionibus qui in Asia consederant peculiarem et ab Attica distinctam dialectum adtribuit, nemo sedis coelique mutatione atque permistione plurium nationum, Achaeorum Ionum, olim in Peloponneso et in Euboea habitantium, Locrensium Thessalorum in primis Boeotorum[44]), qui in Asiae septentrionali ora intima coniunctione

42) ibid. p. 52.

43) in comment. actis litter. Gotting. a. 1862 p. 483—498 inserta: Bemerkungen zur griechischen Dialectologie p. 487. Eo duce Gelbkius in Curt. Stud. v. II. p. 3—42 Aeolicarum systema sic conposuit inter Thessalicam Boeoticam Eleam Arcadicam Cypriam Lesbiacam, ut Arcadica (quae orta est ex Ionum sermone ante migrationes florente) quasi vinculum esset quo septentrionales et australes coniungerentur. (v. p. 42. 21.)

44) vid. Plehn, Lesbiac. p. 39., O. Muellerum, Orchom. p. 398, et hist litt. Graec. I. p. 75. 135, E. Curtium hist. Graec. I[4]. p. 111 sq., Bergk. p. 461. n. 43.

copulati Aeolenses nuncupabantur, prorsus novam dialectum et a cuiusque patrio sermone diversam effectam esse eodem modo statuerat praeter Salmasium Sturziumque. Ergo quamvis de Aeolica gente[45]) nihil adfirmaverim, in dialectos amplum nominis Aeolici ambitum nullo iure tralatum esse eaque de causa plane exterminandum contendo; atque ne cum Ahrensio quidem facio[46]), sed dumtaxat de Lesbiorum et Asianorum Aeolensium locutione, sicut placet Kirchhoffio, Aeolicam dialectum intellego.

Pono igitur hanc per longinquum considendi tempus iam ante Homericorum carminum aetatem satis viguisse et excultam fuisse, ut inde eorum Ionica elocutio Aeolicum quendam colorem traheret. Cum tamen cognitio nostra antiquae linguae qualis fuerit nulla sit, quia neque versiculus neque lapillus ullius dialecti qui illa, non dico, aequiperet vetustate sed non nimis cedat, ad nostram memoriam transmissus est, formae quae ibi cum principalis dialecti regulis pugnant ideoque vel ad prisca tempora relegandae vel dialectis adsignandae sunt, internosci et describi nequeunt, nisi leges Aeolidis quam traditam accepimus ex Alcaei et Sapphus poetarum fragmentis minoribus et titulis qui post Ahrensii librum aliquantum aucti sunt[47]) et grammaticorum

---

45) Videsis Schoemanni rationem l. l. p. 91.

46) Quod v. d. I. p. 4. n. 12. sententiam testimonio grammatici Leidensis qui Herodotum I. 142. τέσσερας τρόπους παραγωγέων Ionicae dialecti fuisse exhibentem secutus (cf. Koenium in Schaeferi ed. Gregor. Corinth. p. 491) praeter has p. 629 Aeolicae dialecti tres μεταπτώσεις solus memoravit p. 639, quas Giesius p. 54 temporum progressu natas esse autumavit, ipse tribus diversis gentibus vindicavit, fulciri voluit, verendum est ne grammaticus Herodoti verba falso interpretatus sit, quae cum unam eandemque Iadis formam illarum regionum certissimis titulis traditam habeamus, de humilioribus popularis pronuntiationis discriminibus h. s ὑποδιαιρέσεσι τοπικαῖς quibuscum dialecti Aeolica Thessalica Boeotica omnino nequeunt comparari, accipienda videntur esse. (cf. Graefenhan. l. l. I. p. 183.)

47) Huc cadunt inscriptiones ab Al. Conzio in Itinere Lesbiac. a. 1865 editae, quarum duas Sauppius in Gotting. progr. a. 1870, omnes Waldius in diss. Berolin. a. 1871: ‚Additamenta ad dialectos Aeolicam et Thessal. cognoscendas' tractavit, titulus Erythraeus, de quo egit Kennerus in actis academ. Vindob. LXXI. p. 335 sq., Cyriaci Anconitani inscriptionum Lesbiac. sylloge inedita, quam nuper publici iuris fecit Kaibelius in Ephem. Epigraph. vol. II. fasc. 1. p. 1 sq. (a. 1874).

testimoniis sibi satis constantem, et Iadis Homerica aetate multum recentioris sic reciprocantur ut ex iis normam et quasi amussim sumamus atque lucem in illas tenebras refundi patiamur. Quod quidem dialecti Graecae non prorsus inter se distant neque consuetudines alius ab alia plane alienae sunt, cavendum esse patet ne nimis incertae et lubricae opiniones admittantur neve temere alterius proprietates ex altera trahantur. Qua in re inter ea vestigia quae vel certissime vel summa cum probabilitate ad Aeolidem, minime quod clamabatur antiquissimam dialectum sed quod Hirzelius libello ad Aeolicae dialecti rationem diiudicandam scripto (Lips. a. 1862) scite et subtiliter evicit, ceteris non vetustiorem, pertinentia ex hac recepta esse debent, et inter archaismos si uti licet hac voce a grammaticis usurpata, quam adcuratissima distinctio fiat necesse est, quae apud veteres quorum rationem bene Giesius p. 40. adumbravit, desideratur. Verbo etiam tango quod Dorismos Homericos, quos hi falsa specie externa plerumque adducti indicabant ac recentiores iuxta Aeolismos uno nomine accipiebant[48]), cum eodem (p. 40. 72.) plane respuendos esse censeo quia cum earum condicio omnino non intellegitur, tum talium formarum aliunde expeditur melior explanatio.

In disponenda materia quae in hanc quaestionem cadit, equidem ita versandum esse existimavi, ut in priore parte singula vestigia Aeolica ex carminibus Homericis conligerem, et adfectiones certis terminis quales in tanta testimoniorum penuria possunt erui, definirem et formas describerem, qua in re non vereor ne nubem pro Iunone amplecti videar, si sedes quas voces in versibus obtinent, ubi e re videtur, adcurate indicabo, in altera de condicione et causa eorum dissererem. Sed si qua me fugerint vel nonnulla de utilitate desperans consulto omisero, aut in aliis rebus longior fuero, aut in aliis in errorem invitus incidero, veniam mihi non esse defuturam confido.

---

48) Sengebuschius in Iahn. ann. vol. 67. p. 259. 260.

Pars prior.

Recensio vestigiorum Aeolicorum.

§. 1. De accentu praemonenda.

Singula Aeolica vestigia quae in Homericis carminibus leguntur sub examen vocanti exordium dedit accentus cuius ratio non alio fundamento nititur nisi grammaticorum praeceptis. Scilicet ne vera pronuntiatio linguae Graecae emorientis plane e memoria evanesceret, carmina notis prosodiacis distinguebantur si minus ab Aristophane Byzantio quamvis accentuum inventore dicto, at maxime ab Aristarcho [1]) atque a posterioribus qui haud raro multum arbitrio grassati sunt et ineptis iudiciis indulserunt quae de vocum formatione atque origine fecerant. Itaque cum accentuum condicio intellegi nequeat nisi de formis ipsis disputatio fit, quam sequentibus paragraphis instituam, hoc loco paucissimis eos qui ad Aeolidis regulam spectant, indicabo.

Aeolenses igitur ab omnibus Graecis distabant quod accentus a fine vocum quam maxime retraxerunt exceptis praepositionibus et coniunctionibus, qua re ultimae syllabae interdum mutilabantur. Haec vero *βαρύτης τῶν τόνων* quam scholiast. in Bekk. anecd. gr. II. p. 662, 28 *τῷ τῆς φωνῆς ἀρχαιοτρόπῳ* explicuit, recentiores autem plerumque propter linguae Latinae cum Aeolide cognationem quam plurimi praedicabant, at nemo sollerter demonstravit, ex antiquissima lingua repetebant [2]), rectius ad recentiores dialecti Aeolicae proprietates revocanda

1) V. Goettling. de accent. p. 10. — Lehrs. Arist. p. 250 sq. Nauck, Aristoph. p. 10. Lentz praef. ad Herodiani Technici reliqu. p. XXXVII.

2) cf. Goettling. p. 28. Boeckh. ad c. i. g. I. p. 718 b. Giese p. 204. Bergk. p. 62, 89. Ameis p. 13.

est quod Hirzelius de dial. Aeol. p. 61 indicavit. Ut autem grammatici, quae vocabula Aeolica esse putabant, retracto accentu instruebant, ita neglegentiores propter hunc ipsum accentum quaedam Aeolica nominabant, sicut Tzetzes (v. Ahr. I. p. 284) ἄγυια et ὄργυια (ἄγυιαν *Υ*. 254. — ἀγυιὰς *E*. 642. *Z*. 391. ἀγυιαὶ β. 388. γ. 487. 497. λ. 12. ο. 185. 296. 471 in eodem versu ὄργυι' ψ. 327. ὄργυιαν ι. 327. κ. 167.), de quibus Herodianus περὶ καθολικῆς προςῳδίας I. p. 530, 30 statuit: ὁτὲ μὲν ἐκτείνεται ὀξυνόμενον παρ' Ἴωσι, ὁτὲ δὲ βαρύνεται καὶ συστέλλεται (cf. Goettling. de acc. p. 139, qui cum Eustathio ὄργυια et ἄγυια veteri Atticae dialecto vindicare maluit, item Bergk. p. 76. n. 70.); cautior sane erat Herodianus, qui περὶ Ἰλιακῆς προςῳδίας ad *Π*. 305 περὶ τοῦ τόνου τοῦ ὑποεῖκον πῶς δεῖ ἀναγιγνώσκειν disquirens, π. καθολ. προςῳδ. I. 468 ubi de accentu indicativorum praeteritorum qui in initio vocalem natura longam habentes etiam in conpositis accentum servant, loquitur, ὑπόειξεν *O*. 227. π. 42 ὑπόεικον *Π*. 305 non, sicut σύνοιδα aliaque, Aeolicum vocavit (cf. Goettl. p. 47. 50 et Larochium in libro inscripto: die homerische Textkritik im Alterthum, Lips. 1866, p. 404). Sed formae quarum Aeolismus eos fugerat, vulgarem praebent accentum qui cum in accentibus prorsus ab eorum auctoritate pendeamus neque ab inveterata consuetudine deflectere debeamus, etiamsi ille nunc evincatur, servandus videtur esse, nisi a quibusdam iam veterum Aeolicus recte commendatus fuit.

1) Primum huc facit accentus quem Aristarchus nominativis μητίετα, ἀκάκητα, εὐρύοπα adpinxit eiusque obtemperans auctoritati paradosis servavit quamquam ceterae in α exeuntes formae sic scribebantur: νεφεληγερέτα, στεροπηγερέτα, ἱππότα, ἱππηλάτα, κυανοχαῖτα et αἰχμητὰ, ἠπυτά; dissensio quidem erat inter grammaticos sed non mutabant accentum. Lobeckius vero in Paralip. p. 184 illum μητίετα a μετῖτα dilatatum habuisse sec. schol. ad *A*. 175. 508, sed ἀκάκητα et εὐρύοπα contra regulam scripsisse probavit, neque Lehrsius Arist. p. 259 sq. certiora statuit; latent sane argumenta Aristarchi, nisi quid ex iis quae grammatici in universum de nominativis in α censuerint, elici possit. (§. 11. 2.) Neque testatum est Aristarchum de Aeolica

barytonesi cogitasse, quod Ameisius p. 14 [3]) confidentius posuit suspicans, eum illa tria ex Aeolica poesi derivasse, ceteris vero vulgarem accentum inposuisse quia earum etiam exstaret forma in *ης*, easque secundum illarum analogiam conformatas esse existimasse. Sed res maxime dubia est; licet tamen fortasse nunc cum Eustathio p. 57, 4. 75, 19—37 in illis Aeolicum accentum agnoscere (Bergk. p. 90, n. 102), si idem his vindicari debet. (cf. praeterea Reizii adn. ad Wolfii Hesiod. Theog. v. 914, quam Schaeferus adscripsit ad Greg. Corinth. p. 97/8.)

2) Male Ameis voces *ἕταρος, ἄγυρις, αὖλις* Aeolicum accentum habere voluit; neque satis constat utrum *κίθαρις* pro *κιθάρα* et *ἄλκι* quod vulgari instructum est, pro *ἀλκῇ* Aeolicum fuerit. (§. 13, 5.)

3) Inter adiectiva formas Homericas *ζάης* et *ζάην* contra Aristarchi et Herodiani auctoritatem Aeolice scribendas esse censeo. (§. 13, 8.)

4) Recta sane barytonesis est pronominum Aeolicorum *ἄμμες ἄμμι ἄμμε ὔμμες ὔμμι ὔμμε*; levis igitur error Eustathii verbis p. 951, 8 (v. Ahr. I. 125, 8. Laroche p. 369) inest: *ἡ δὲ τοῦ ὔμμι ἐνταῦθα ψίλωσις καὶ ὀξυτόνησις* (leg. *βαρυτ.*) *καὶ ἡ ἐν αὐτῷ διπλόη τοῦ μῦ καὶ ἡ ἐκκοπὴ τοῦ ν̄ Αἰολέων εἰσὶν.* (§. 2. II. 1. §. 7. II. 2, 14.)

5) Verba in *μι* cum in Aeolica dialecto quam maxime frequentata essent, grammaticos non raro in errorem adducebant ut vulgaria pro Aeolicis haberent. Sic Heraclidi [4]) quod Tyrannio [5]) *B.* 350 restituerat *φῆμι* in initio versus, *βαρυτόνως Αἰολικώτερον* visum erat quia *ἀπὸ τοῦ φῶ τὸ Αἰολικὸν φημί* esset, etsi debuit *φᾶμι* audire (v. Giese 210, 219); at Tyrannio qui minorem operam dialectis sed summam prosodiae navavit (v. Lehrs Ar. p. 252, Planer p. 7, 10—24), etiam illic de enclisi verbi *φημὶ* cogitaverat, quod placuit Lehrsio, quaest. epic. p. 126, Bekkero, sched. Homer. I. p. 87, Goettlingio de acc. p. 393. Eorum autem qui *τὰ εἰς μι ὑπέλαβον Αἰολικὰ εἶναι, ἐπειδὴ*

3) Pater eius in append. ad ω. 10. IV. p. 72 idem protulit adstipulans.

4) ap. Eustath. 1613, 18 (Ahr. I. 17. n. 31. 134. n. 1. Laroch. p. 373.)

5) cognomine Maior, qui fuit Ciceronis amicus, v. Planer, p. 3. 6, Bernays, die Dialoge des Aristoteles p. 31. 150.

πολλὰ παρ᾽ αὐτῶν εὑρίσκεται εἰς μι, sententias Herodianus *π. τῶν εἰς μι*, II. 825, 3. 10 sq. inprobavit his verbis: *ἰστέον δὲ ὅτι ἐλέγχεται ἀπὸ πλείστων μὴ ὄντα Αἰολικά· καὶ γὰρ ἀπὸ τόνου καὶ ἀπὸ κλίσεως καὶ ἀπὸ γραφῆς καὶ ἀπὸ πνεύματος καὶ ἀπὸ ποσότητος συλλαβῶν καὶ ἀπὸ τῶν πρωτοτύπων.* (Gies. p. 348. Ahr. 17.)

Formae **διδοῖσθα** vel Aeolice scriptae **δίδοισθα** ratio ambigua crat et apud veteres et apud recentiores; quod autem nonnulli in **τιθεῖς διδοῖς** aliis eiusmodi accentum retraxerunt, nulla iusta causa adest. v. §. 18, 10.

Etiam formae *ἀκάχησθαι, ἀλάλησθαι, ἀκαχήμενος, ἀλαλήμενος, ἀλαλύκτημαι* a plerisque pro Aeolicis praesentibus venditabantur, quamquam vera erant perfecta, quorum vis mox quasi torpescebat. (§. 18, 2.) *ἀλιτήμενος* praesens videtur esse.

6) Tamen iusti Aeolismi sunt formae *ἀπούρας* cuius inusitatum accentum multi in *ἀπουράς* mutabant (v. in Passovii lexic. s. *ἀπαυράω*, Westphalium in gramm. Gr. I. 2. p. 285 quem laudat Curtius de Verbo linguae Graec. I. (1873) p. 193), atque *κεκλήγοντες*, quod in schol. Harl. ad ξ. 30 alibique in penultima habet acutum (v. M. Schmidt, Didym. p. 207). (§. 3. II. 3. §. 18, 11. §. 17, 6.)

Herodianus porro unicam formam *ἐγρήγορθαι*, pro qua *ἐγρηγέρθαι* exspectes, diserte huc retulit in *καθ. πρ.* I. 467: *σεσημείωται τὸ ἐγρήγορθαι* (*οἷον Κ.* 67) *ὅτι παρακειμένου ὂν προπαροξύνεται· περὶ οὗ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι Αἰολίδος ἐστὶ διαλέκτου καὶ τούτου χάριν ἀνεβίβασε τὸν τόνον*, et *π. ᾽Ιλιακ. πρ.* II 69 (*π. παθ.* II. p. 246, 350): *τὸ ἐγρήγορθαι ἀνέγνωμεν προπαροξύνοντες, οὐκ ἐχρῆν δέ· — μίαν μέντοι ἀφορμὴν ὁρῶ τοῦ δύνασθαι προπαροξύνεσθαι τὸ ἐ. τὸ τὰ εἰς θαι λήγοντα, τῇ ῡρ συλλαβῇ παραληγόμενα, μὴ παρ᾽ ἄλλῃ τινὶ διαλέκτῳ ὁρᾶσθαι ἢ τῇ Αἰολίδι, τέτορθαι, μέμορθαι, ἔφθορθαι· ὅθεν ἐπεὶ ἡ παράληξις Αἰολικοτέρα ἐγένετο, καὶ ὁ τόνος ὁμοίως τοῖς παρακειμένοις* (cf. Ahr. I. p. 16. n. 25); sed in his vocalis *α* Aeolicam mutationem passa est, non *ε*. Fortasse auctori Doloneiae qui v. 419 *ἐγρηγόρθασι* admisit, forma tribuenda est neque in melioribus partibus legitur *ἐγρήγορθε H.* 371. *Σ.* 299 (cf. Lachmann, Betracht. über Homer's Ilias. p. 24. 80); possunt autem e perfecto

ἐγρήγορα derivatae esse cf. Buttmann. gr. Gr. II. p. 158 et Lobeck. add. ib. et p. 25. (§. 8. II. 3.)

ἄσμενος pro ἡσμένος Ameisius p. 12 esse voluit. (§. 5. I. 2.)

7) Restant adverbia quaedam inter quae de ἄμυδις et ἄλλυδις nulla est dubitatio quin recte iudicaverit Herodianus π. καθ. πρ. I. p. 512: τὰ δὲ τῷ υ παραληγόμενα προπαροξόνεται, ἄλλυδις, ἄμυδις, et p. 541, 10 sq., π. Ἰλ. πρ. ad I. 6. (II, 62, 38): ἄμυδις — ἐξαιρέτως τρίτην ἀπὸ τέλους ἔχει τὴν ὀξεῖαν· — καὶ ἐπεὶ Αἰολικὴ ἡ τροπή, καὶ ὁ τόνος Αἰολικὸς καὶ τὸ πνεῦμα. — Ἐπισμυγερῶς v. §. 5. I., §. 8. III. 3.

De αὔτως adverbio quo iure Linderus in Philolog. XII. p. 385 scripserit: ‚quod — sedes accentus mutata Aeolismum redolet, non mirum videatur in Homero quippe qui Aeolicae subinde dialecti exempla praebere reperiatur', nescio.

Caput primum.

De spiritu consonisque.

§. 2. De spiritu.

Aeolensium spiritus asperi evitatio quam veteres grammatici ad unum omnes prorsus valuisse testificati sunt [6]), inter recentiores lis est artioribusne cancellis circumscribenda sit an tota accipienda. Ahrensius quidem sic pronuntiavit I. 24, 28: ‚Aeoles Asianos cum reliquis Graecis fere communem habuisse asperum e s vel j natum, contra aliis de causis recentiore tempore in aliis dialectis additum respuisse', quam legem plerique probarunt (v. Kuehner. gr. Gr. ed. II. p. 97, alios); alii non diiudicarunt; alii, Giesium [7]) dico (p. 369—374) et Bergkium in poet. lyric. III. 3. p. 876, veteres secuti nullum asperi spiritus usum Aeolensibus rectius concesserunt. Nam perquam veri simile est hanc proprietatem quam bene ille p. 209 adtenuationem status cuiusdam originarii (‚eine relative Entartung')

6) cf. Giese p. 339—362. 368.

7) Ameisius p. 7 caecutiebat dicens Giesium p. 338 grammaticis fidem non habendam docuisse, quae Seidleri fuerat persuasio.

fuisse atque vi coeli illius regionis mollitiem quandam efficientis ortam esse descripsit, non hic illic sed ubique in usu fuisse, quacum non male Romanensium consuetudo conparatur (Matthiae. gr. Gr. p. 49, 3, G. Curt. in lineamentis etymol. Graec. ed. III. p. 636, Hirzel. l. l. p. 41). Cum autem spiritus asper duplicis generis sit, primum scilicet genuinus qui e spirantibus s. v. j ortus est, deinde adulterinus qui studio eius quodam in sermone vulgari et nonnullis dialectis recentiore tempore receptus est, necesse est etiam psilosis duo genera distinguamus quod discrimen nescio an nonnulli veterum perspexerint cum alter scholiasta ap. Bekk. l. l. Aeolenses propter τὸ τῆς φωνῆς ἀρχαιότροπον admisisse τὴν ψιλότητα τῶν πνευμάτων, quod cadit in adulterinorum spirituum evitationem, alter eos (βαρυντικοὺς καὶ) ψιλωτικοὺς, ἐπειδὴ τοῖς ἀσθενεστέροις χαίρουσι[8]) fuisse dixisset, quod rectum est quia pro genuinis lenis usum novaverunt (conf. Hirzel. p. 41 sq.). — Sed etiam Iones ψιλωτικοὶ (Eust. 1564, 9, Gies. p. 390) adpellati sunt quia apud eos studium asperi genuini subprimendi si minus Aeolenses aequiperavit, at magis magisque late manavit; neque Ias adulterini valde amans fuerat quem nulla dialectus magis quam Attica adamavit (cf. Giese, 304, Curt. etym. p. 639). Sic grammatici ex Homero mox Ionicae mox Aeolicae psilosis exempla adtulerunt, qui etiam in hac quaestione valde prono iudicio usi esse reperiuntur. cf. Ahr. 21. n. 4. E. g. ἄμαξα ab Eustathio p. 913, 44 Ionicum vocatur quod conpositum est ex ἅμα pro σάμα (‚simul') et ἄξων (Curt. et. 357, erravit Giese p. 305), pro Attico ἅμαξα; item valet de Homerica voce ἀμαξιτὸς (*X.* 146) et Dorica (Ahr. II. 37) pro Attic. ἁμαξιτός; schol. Q ad ἐπίστιον ζ. 265 adnotavit: Ἰακὴ ἡ συναλοιφή Ionica δέκεσθαι et οὐκὶ conferens (cf. Doricum Ϝιστία, Ahr. II. 55). Sed falso Herodianus huic voci ἀπηλιώτης Eur. Cycl. 19. addidit (π. παθ. II. 379), quod ex antiquo ἠέλιος (pro ἀϜέλιος) genuinus lenis servatus est; cf. Lobeck. ad Ai. v. 805. p. 295. ed. III.; nam Atticum et Ionicum quod semel exstat θ. 271, ἥλιος adulterinum habet spiritum (v. Giese, p. 282. 283, Curt. p. 371. 642, de Verb. p. 144). Porro Ionica sunt αὐτόδιον

8) cf. Giese p. 204. 207, etiam p. 206.

ϑ. 449 (Giese 391; vox ὁδὸς olim a littera σ incepisse dicitur, Gies. 248. Curt. 226. 637), οὖλος pro ὅλος (cf. sarvas, lat. sollus, p. 503), οὖρος pro Attico ὅρος, (cf. ὄρϜος, ὄρβος, p. 642, Kirchhoff. Stud. z. Gesch. des griech. Alphab. p. 80. ed. II. 1867), εἰλίπους iuxta ἕλιξ, (a rad. Ϝελ. Curt. p. 334), ἴδιον υ. 204 quod non recte Curtius p. 500 Aeolicum dixit, iuxta ἱδρὼς (a rad. σϜιδ, Curt. p. 227. 638), ἴκμενος *A*. 479. β. 420. λ. 7 quod cum ἱκνέομαι (Ϝικ) conponitur, (Curt. p. 132, de Verb. p. 189), alia plurima quae non moror. Atque Ionicam, non Aeolicam existimo psilosin vocis ὅρπηξ *Φ*. 38, quae cum verbo sarpâmi, ἕρπω cohaeret (Curt. p. 249) etsi ὅρπαξ legitur ap. Sapph. f. 78, 2; 104, 2, sed Doricum est ὅρπαξ ap. Theocr. VII. 146 et Atticum apud Eurip. Hipp. v. 221 in anapaestis; etiam ap. Hesiod. ἔ. κ. ἡ. 466 pro codicum ὅρπηκα (sic Goettl.) Koechly lenem scripsit. Certo autem et antiqua et vulgaris est adtenuatio spiritus e littera initiali σ orti in praefixo collectivo ἀ- vel ὀ-: quod praebent ἀδελφὸς ἄλοχος ἄκοιτις ἀκόλουθος (= ὁμοκέλευθος v. Platon. Cratyl. c. 22. D.) οἰετής *B*. 765 pro ὀϜετής — ι non e digammo ortum est ut sentiebat Christius p. 194, sed post illius exitum conpensationis causa insertum est, v. Curt. p. 526 — vel ὀετής quod schol. Arat. v. 19 male Dorica syncope pro ὁμοετής explicuit quem Lobeckius elem. path. I. p. 362 satis confutavit, ὄϑριξ *B*. 765. ὄπατρος *Λ*. 257. *M*. 371 [9]) quod non melius propter syncopen (cf. schol. prior. loc.) Doricum audit apud Pseudo-Plutarch. vit. Homeri c. 8 vel ap. auctor. περὶ Ὁμήρου διαλέκτων ap. Maittair. — Sturz. p. 477 aliosque (v. Giese, 422), cum in Attica dialecto sicut in vulg. ἅμα ἁμαρτῇ ὁμοῦ, etiam hic asper resedeat in ἅπας et ἁϑρόος (Giese, p. 304, 422, Christ. 76, 135, Curt. 365) quod pro Zenodoti lectione ἀϑρόος Aristarchus Homero inpegit (v. Lehrs. p. 331, Spitzner ad *Ξ*. 38, Goettling. de acc. p. 295, Laroche p. 180). Sed neque Giesium in ἀ- et ὀ- Aeolismum statuentem laudo neque eos qui voces apud Homerum usitatissimas ἦδος, cui

9) Ameisius p. 9. 20 somniavit cum diceret eas formas Aeolica mutatione ὀ-pro ἀ-prae se ferre, inepte addens poetam sic praefixum ab ἀ-privativo voluisse discernere; Alcaeus quidem (fr. 37, 3) exhibuit ἀ-όλλεες (Curt. 502.) et Aeolica est vox αὐετής pro οἰετής, de qua infra dicam. (n. 13.)

σ *F*-in fronte fuisse luce clarius evincunt skr. svâdus, lat. suavis, theod. suazi (v. Giese, 249 sq., Curt. 214/5) et ἦμαρ, cuius origo nondum est enucleata (Curt. 544), pro vulgari ἡδονὴ (quae non est apud Homerum) et ἡμέρα Aeolicam psilosin passas esse contendunt, Curtium p. 500 et Larochium p. 270; neque enim Herodiani auctoritas sufficit qui vocem ἦδος, quam Trypho propter ἥδεσθαι aspero (v. Velsen. fr. p. 7), Ptolemaeus autem Ascalonita et Alexion (cf. schol. A. ad I. 6) leni instruxerunt, lenem habere sicut omnia bisyllaba vocabula a vocali natura longa incipientia docuit in symposio II p. 904, 23 sq. addens: *οὕτω δὲ καὶ τὸ ἦμαρ μετασχηματισθὲν ἀπὸ τοῦ ἡμέρα ὡς καὶ τὸ ἦδος Αἰολικῶς ἀπὸ τῆς ἡδονῆς, (σεσημείωται — τὸ ἦλος δασυνθέν)*; tamen neque antiquiores formae ἦδος et ἦμαρ ab recentioribus descendunt et Aeolica dialectus conformasset ἆδος (cf. ἆδυ Alc. 36, 3. Sapph. 2, 3. ἀδύφωνον S. 61) et ἆμαρ (cf. Dorica ἐπάμερος, πεμπτάμερος quae Ahr. II. p. 40 e Pindaro adtulit); haec quoque psilosis ad priscam Iadem pertinet. Commemoro etiam adverbium αὔτως sexcenties apud Homerum obvium in quo enucleando grammatici valde occupati fuerant ita ut mox lenem, mox asperum confirmarent; Eustathius quidem illum probans psilosin p. 187, 20, 235, 5 Aeolicam, contra p. 1755, 12 oblitus quid antea scripsisset Ionicam vocavit; minus recte Buttmannus in Lexil. I[4], p. 33—39 inter αὔτως et αὕτως discrimen quod pusillum est, odorabatur, probabilius autem hoc ab αὐτὸς derivatur, qua de re egerunt Hermannus, op. I. p. 338—42 et Linderus p. 391.

Quibus exemplis satis demonstravi necesse esse, ut exquisitius discernatur.

I. antiquioris Aeolicae psilosis exempla Homerica:

1) Aeolici pronominis formas ἄμμες ἄμμι ἄμμε primigenitum lenem servare skr. asmat docet; itaque asper vulgaris formae ἡμεῖς subditicius est magnaque cum probabilitate quod adridebat G. Curtio p. 642, ex analogia pronominis secundae personae originem traxit, cum aliorum opinioni qui eum e σ natum et in fronte positum esse voluerunt (Curt. 640. de Verbo

40), nimis desit veri species; de formae ἁμός spiritu infra breviter exponam. §. 9, 4.

2) Εὔκηλος et εὖαδε quae grammatici huc referunt (Ahr. p. 21. n. 3), antiquiora sunt quam ut cum aspero scribantur qui postea demum e delitescente digammo remansit, v. §. 3. I. 1. sed illud neque Aeolicum neque pro Fέκηλος est, cf. §. 3. III. 2.

3) Herodianus bene lapsus est cum *T.* 80 ὐββάλλειν proposuisset π. καθολ. πρ. I. 545 et Ἰλ. πρ. II. p. 111 disputans: τὸ ῡ πάσης λέξεως ἄρχον δασύνεται πλὴν τῶν Αἰολικῶν. τὸ ὐββάλλειν ψιλωτέον· ἔστι γὰρ Αἰολικόν. Scilicet apocope praepositionum quae in Aeolide latissime viguit, tamen per omnium dialectorum consuetudines fundebatur maximeque poetis usitata fuit, eum in hanc suspicionem abripuit, quae aliis etiam placuit, cf. περὶ Ὁμήρ. διαλ. p. 478, Eust. 1172, 39. de spiritu voculae ὑπὸ (cf. upa) v. Curt. p. 272. 640.

4) Scholiastes ad *E.* 487 Hesiodeum accusativum ἄψιν (ε. 426) qui Aeolicam flexionem sequitur, (v. Herodian. π. κλίσ. ὀνομάτ. II. p. 760, 8—12, Goettling. ad l., Ahr. I. p. 113, n. 3, in commentatione: über die Mischung der Dialecte in der griechischen Lyrik quae est in actis conventus philologorum Germaniae XIII Gottingae habiti p. 55—80. edd. a. 1853. p. 73) respiciens formam Homericam ἀψῖσι Αἰολικῶς leni scriptam esse retulit, cui vulgaris lectio aliique grammatici (Herod. π. καθολ. πρ. I. p. 539, 8. π. ὀρθογρ. II. 480, 32), asperum vindicarunt. Tamen ut lenis reliquis testimoniis confirmatus quem nunc editores probaverunt, etiam apud Homerum ex Aeolismo repetatur, Hesiodea formatio nullam causam admovet, sed quia radix ἀπ- ab initio aspiratione caruit nihil obstat quominus antiquam psilosin Iadis ipsius propriam fuisse statuamus. (cf. Giese p. 414 —416.)

5) Nescio an huc referam vocem ἱερός cuius asperum Giesius p. 410 propter Hesych. glossam βείρακες ἱέρακες e digammo, alii secundum indog. isaras = ἰαρός sibilante transposita explicuerunt, Curtius autem postgenitum habuit (cf. ἄμμες), quem sequor quia longum ι, quod saepe apud Homerum exstat (v. ῑερὸν ἦμαρ alia, cf. schol. ad *Π.* 407: ἱερὸν ἰχθὺν: λέγει Τρύφων ἐν τοῖς περὶ ἀρχαίας ἀναγνώσεως διὰ τὸ τὸν ποιητὴν ἐκτείνειν

πολλὰ ἕνεκεν τοῦ μέτρου), sed plerumque correptum est, littera σ cum conpensatione eiecta videtur ortum esse. (cf. Hom. ἠὺς et ἐῢς pro ἐσυς, Curt. p. 351.) Aeolicum igitur erat ἶρος (Ahr. I. 26, 103), in carminibus autem Homericis et vulgarem et contractam formam (ἱρὸς, ἱρεὺς *E*. 10. *Π*. 604. ι. 198, ἱρεύω ξ. 94. ρ. 181. τ. 198. υ. 251, ἴρηξ *N*. 819. *O*. 237. *Π*. 582. *Σ*. 616. *Φ*. 494), etiam apud Anacreontem (fr. 149) ἱρωστὶ legimus, cum in pedestri Ionico sermone formam non contractam usque ad quartum saeculum tritam fuisse certissime tituli demonstrent, quare valde dubium est, num iure Herodoti editores contractam scribant quae in titulis demum dimidio fere saeculo post illius aetatem adparet[10]). Giesius videlicet p. 409 sq. cum praeter certum lenem vocis ἴρηξ quam Hesiodus quoque ε. 212 et Herodotus II. c. 65, 67 praebent, etiam scripturae ἰρεὺς ἰρὸς vestigia apud grammaticos reperisset, arbitratus Aeolicam non solum contractionem sed etiam psilosin in Homeri elocutione adhibitam fuisse poetam formas ab ἱερ-incipientes saepius quidem usurpasse, sed ubi metri commoditas flagitasset, eas ab ἰρ-Aeolicas, non quae scriberentur ἱρ-, admisisse statuit sic locutus: 'Sprachformen bei Homer, die nach irgend einem aeolischen Princip gebildet sind, haben statt des spiritus asper den lenis gleichfalls nach aeolischer Sitte'. Quam sententiam parum stare posse existimo. Nam primum nimis confisus est analogiae vocis ἴρηξ utpote pro antiquiore ἱέραξ positae, cuius contractionem, apud Gregor. Corinth. de dial. Ion. §. LXVI. ed. Schaef. p. 475 Ionicam audientem, (sicut ubique de psilosi quoque statuebatur, cf. Spitzner. ad O. 237, *Σ*. 616), re vera factam esse nuper non sine veri specie Legerlotzius in Kuhnii ann. VIII. p. 47—49 in dubitationem vocavit suspicatus ἴρηξ e *FάρFαξ* natum ac populari demum originatione ad adiectivum ἱερὸς quasi cognatum adplicatum et in ἱέραξ transformatum esse; quod si pro veri simili accipitur, praestat Ionicam vocare psilosin. Tum vero satis clare auctor lexici περὶ πνευμάτων p. 229 ed. Valck. dixit, ἱρὸς, ἱρεὺς aliaque vocabula non alia de causa a nonnullis παραλόγως leni instructa esse, quam quod essent συγκο-

10) Videas Ermani diss. de titulor. Ionic. dial. in Curtii Stud. vol. V. p. 297.

πέντα κατὰ Αἰολεῖς (cf. Tzetz. Epex. Il. p. 88, 26. Herm.) sicut *ὦρσεν ἅρσας*, quae non magis pro *ὥρμησεν ἁρμόσας* Aeolicam syncopen passa esse quam *ἱρὸς ἱρεῖον* (*ἵρηξ*) docuit ipse *κρᾶσιν ὡς ἐν τῷ ὄφιες ὄφις ἐστὶν εὑρεῖν* (sc. *Ἰωνικὴν* v. Gregor. Cor. l.) statuens. Ac profecto quivis haud inmemor quantum Aeolicam syncopen grammatici in deliciis habuerint, credo, hanc solam illis causam fuisse consentiet; sed inter pronuntiationem, vel *ἱερὸς* vel *ἱρός*, non tantum interest discrimen, ut apud Ionicos poetas contractam formam iam ex ipsorum consuetudine in vulgaris stationem succedere potuisse non concedamus, quamobrem non quicquam Giesii opinionem habere quo se tueatur, arbitror, cui probabilitatis colorem argumentatione non satis induxit.

6) Quod apud Homerum, ut id hoc loco obiter notem, — nam voci *ἵππος* adulterinum asperum inhaerere notissimum est (v. Giese, p. 332, Curt. 421, 641) —, nominativi Aeolici qui dicuntur, *ἱππότα* et *ἱππηλάτα* nusquam lenem acceperunt, iure hinc conlegi potest, Alexandrinos qui spiritus adpinxerant, eos Aeolismo nondum vindicasse.

7) Consulto verbum *ἀγρεῖν* quod Aeolicum esse pro *αἱρεῖν* contendunt (v. Giese 234, Ahr. I. 25), in quo asperum e muta littera *γ* adtenuatum esse Christius p. 109, Kuhnium in ann. II. p. 270 secutus, voluit, eaque quae ab hoc descendunt mitto, quia §. 4 explicatius de eo loquar.

II. recentioris Aeolicae psilosis exempla:

A. 1) In pronominibus *ὕμμες ὕμμι ὕμμε* asper, qui in vulg. *ὑμεῖς* evanidae j spirantis vice fungitur pro skr. jusmat (aliter Christ p. 109. 152 posuit), leni cessit, quem apud Homerum quoque grammatici probarunt praeter Tyrannionem Maiorem sec. auctor. *π. πνευμάτ.* p. 236: *τὸ ῡ πάσης λέξεως ἄρχον δασύνεται. — πλὴν τοῦ ὕμμες ἀντὶ τοῦ ὑμεῖς Αἰολικῶς. ἀλλὰ διὰ τὸν ἄνω ῥηθέντα κανόνα ὁ Τυραννίων παρὰ τῷ ποιητῇ ἐδάσυνε τὸ ὕμμες.* (v. Giese p. 410, Lobeck. Parall. p. 34, Planer p. 9, Laroche p. 369.)

B. 2) *Σ* in asperum debilitatum reperimus in vulg. *ἅμα*, hunc autem in lenem mutatum et Ionice in *ἄμαξα*, et Aeolice in Homerico adverbio *ἄμυδις*, quam scripturam Aristarcho Ptolemaeo Alexioni probatam Nicia et Pamphilo invitis (cf. schol. *A.*

ad I. 6) Herodianus merito strenue defendit π. καθολ. πρ. I. p. 512, 15: ἄμυδις Αἰολικὸν ἔχον τὸ πνεῦμα et p. 541: ἄμυδις ψιλωτέον καίτοι παρὰ τὸ ἅμα γενόμενον, ἐπεὶ Αἰολικὸν χαρακτῆρα ἀνεδέξατο, cf. π. Ἰλιακ. πρ. ad *A*. 576. *Y*. 114. π. Ὀδυσσ. πρ. δ. 659. π. παθ. II. 205, 30, Graefenhan. de dial. epic. p. 41, Giese, p. 419—420.

3) Ad verbum ἄλλομαι (lat. sălio) ex Homero singulares formae ἆλτο et ἆλσο pertinent (quamquam Kuhnius ann. V. p. 206 ad ἰάλλω eas retulit), quarum lenis multis grammaticorum locis testatus (v. Laroche p. 185), ad Aeolidis proprietatem remittitur. Tamen argumenti loco male protulerunt syncopen Aeolicam (An. Ox. III. 347, 25, Eustath. 145, 40 (1916, 55), etsi aliis locis v. 918, 27 sicut in γέντο *N*. 25 apud schol. Δωρικὸν καὶ Αἰολικὸν audiente Doricam eam esse agnovit), quae nusquam facta est, v. Ahr. I. 21, 3, 108, 3. Sed augmentum quod utpote Doricum (v. Buttmann. gr. Gr. II. p. 109, Goettling. de acc. p. 48) Bekkerus in sched. Homer. II. p. 11 reformidavit, ad Aeolismum fovendum pronum reddit iudicium; neque igitur ii qui Aeolicam psilosin venditabant, Curtius et. p. 500 [11]), Ameisius p. 12 me habebunt refragantem, quamquam et ipsa participia ἐπιάλμενος *H*. 15. ω. 320. ἐπάλμενος *H*. 260. *Λ*. 421. *M*. 404. *N*. 529. 531. ξ. 220. χ. 305, μετάλμενος *E*. 336. *Λ*. 538. *M*. 305. *N*. 362. *Ξ*. 443. *Ψ*. 345, κατεπάλμενος *Λ*. 94 (semper in tertio et quarto pede versuum), in quibus causa Aeolismi abest, lenem praebent, qui num ex analogia formae ἆλτο repetendus esset, Curtius de verb. p. 131 ambigebat, atque asper in coniunctivo ἅλεται *Λ*. 192. 211, ἅληται *Φ*. 536 apud grammaticos (v. Buttmannum l. l.), et in conposito ἐςήλατο *M*. 438. *Π*. 558 apud schol. ad post. locum dubitationi fuit obnoxius; de substantivi formarum ἅλματι θ. 128. ἅλμασιν θ. 103 psilosi cogitavit Thierschius in gramm. Graec. inpr. Homeric. §. 171. *A*.

Ameisius porro voci ἆλτο adiectivum ἄσμενος, ut esset part.

---

11) Paulo aliter tamen vix melius v. d. de Verb. p. 131. ἆλτο ad tempus antiquissimum relegavit, quo in Graecitate universa augmentum sicut in ling. sanscrit. et pers. etiam α fuisse, nondum in ε abiisse statuit, cf. Ahrens. I. p. 229, Curtium, Erlaeut. p. 96, G. Hartel, stud. Hom. in actis acad. Vindob. LXVIII. 1871 p. 463.

perf. verbi *ἧδομαι* pro *ἡσμένος* quod Herodiano placuerat, Aeolismi loco subnexuit.

C. 4) Grammatico in An. Ox. I. p. 174, 1 ad *ἔρδοι* (*K.* 503. *Ξ.* 261. *o.* 360). *Αἰολικῶς* socorditer adscribenti aures praebere non licet, quem de psilosi vocis *ἔρδω*, cui stirps erat *Fεργ-*, (Curt. p. 171. 569, Bekker. in ann. ed. II. p. 473: malim *Fέρδοι*) cogitasse patet, quia apud Herodotum *ἔρδω* scribebatur (v. Lobeck. ad Ai. v. 905. p. 329 ed. III., Kuehner gr. Gr. ed. II. §. 22. 9. p. 101; de Homero v. Laroche p. 258).

5) Neque fide magis digni sunt grammatici, quorum praeceptum in schol. *A* ad *A.* 413 *ψιλωτέον τὸ ἔλσαν, ὅτι Αἰολικωτέρα ἡ κλίσις* traditur; videntur enim nugari de Aeolica flexione (v. §. 17. 1). Rectius autem Buttmannus in lexil. II. p. 140 ed. II. psilosin verbi *εἴλω*, quod digammo erat instructum (v. p. 126, Giese, p. 274, Curt. p. 334) Ionibus, aspirationem Atticis vindicavit. —

6) Herodiani *π. Ἰλ. πρ. A.* 469, II. p. 28, 17 de voce *ἔρον* placitum *ὡς Αἰολικὸν ψιλωτέον*, etsi nusquam asper adfuit, nescio an ad grammaticorum de litterae *ρ̄* psilosi regulam sicut in *ταλαύρινος* (§. 3. II. 1) redeat.

§. 3. De digammo.

Aeolicae maxime dialecti proprius fuit transitus digammi in vocalem *υ*, quae cum antecedente vocali in diphthongum confluxit, cum in reliquis dialectis spirans et geminationem consonarum et vocalium productionem aut efficere aut satis inconstanter temporum progressu neglegere soleret; neque scio an non iure haec consuetudo, quae veteres grammaticos ad unum omnes in falsam pleonasmi opinionem abripuit, Aeolidi, cui eam ob rem etiam nunc Hirzelius p. 39. 40. 62 recte prae ceteris dialectis et lingua Homerica antiquitatis palmam tribuit, solum praeter Cypricam dialectum vindicanda sit. Nam in reliquis vocibus quae ex tota Graecitate huc referuntur (v. Christium p. 188/9. 192—193, Curt. p. 514—517), primum videndum est, ubi *υ* productioni suppletoriae vel epenthesi debeatur, tum adcuratissime necesse est dispiciatur, utrum pristinum consonum digamma re vera in vocalem *υ*, quacum habet artissimam neces-

situdinem et summam pronuntiandi similitudinem, solutum sit, an genuinum υ ex antiquitate resederit, — quod nescio an etiam apud Boeotos in βούων βούεσσι (Giesius p. 126 de dig. consono hic intellexit) propter nominativum βοῦ-ς = gâu-s (Christ. p. 114, Curt. 436. 517), Ἀρχευαυ-ίδας (Curt. Erl. p. 51), Ἄρευα (v. Ahr. I. p. 171) et apud Dores in Laconico n. pr. titulo recenti tradito Λαυαγήτα (v. Ahr. II. p. 51) factum sit ante vocales, saepius vero ante evanidam sibilantem, sicut in Aeoll. formis αὔατα pro αὔσατα = aures et Homer. οὔατα (et Λ. 109 ὄας? v. Curt. Erlaeut. p. 70. ed. II.), πάραυα (Ahr. I. 36. 38) = παραυσ-ια pro Hom. παρήια Δ. 142. Π. 159. Ψ. 690. τ. 208. χ. 404 et Att. πάρεια (cf. Curt. et. p. 374, Brugmani diss. de gr. l. productione suppletoria, Stud. IV. p. 143/4), αὔως (ap. Sapph. fr. 18. 45. 153) pro αὔσως = aurôra (cf. Hirzel. p. 19, 40, Curt. in Kuhn. ann. I. p. 30, et p. 372, Stud. vol. II. p. 178), in vulgaribus αὔω αὖος εὔω ab eadem radice pro αὔσ-ω εὔσω (Curt. p. 370), γεύω pro γεύσ-ω (cf. gus-tare Christ. 65, Curt. p. 167, de verb. p. 221), κρούω pro κρούσ-ω (cf. got. hrausjan), ἀκούω[12]) pro ἀ-κούσ-ω (cf. got. hausjan, quode videsis Delbrueckium in Kuhnii ann. vol. XVI. 271/2 disputantem) — denique an vocalis υ ex syllaba Fα (cf. Aeol. πίσυρες = τεσ-Fαρες. Gies. p. 196, vulg. ὕδωρ a rad. vad, Curt. p. 233. 640, alia plurima), etiam ex Fε vel Fο demum contracta sit, quam praebent αὔξω pro ἀFέξω, Curt. p. 358, Christ. p. 188. 189, αὔριον a stirpe ἀFερ-pro archaico ἀήρ Ε. 864. η. 143, ι. 144 vel Ionico ἠέριος Α. 497, 557. Γ. 7. ι. 52 (ἦρι), Curt. Stud. II. 179, Christ. 241, ἀϋτμήν iuxta ἄετμα = ἄFετμα, ἰαῦσαι λ. 261 iuxta ἄεσα pro ἄFεσα, v. Curt. in Kuhn. ann. I. p. 29, et p. 361,

12) Si recta sit haec originatio, formae ἀκουή quae apud Homerum sexies in fine versuum Π. 634, β. 308, δ. 701. ε. 19, ξ. 179. ρ. 43 exstat et apud posteriores poetas Homerum imitatos (cf. Steph. Thesaur. I. 1. p. 1230), quam Eustathius p. 1079, 40 propter Homericum videlicet usum Ionicam vocavit — nam ἀκοή et Ionicum est (Herod. I. c. 38) et Atticum —, Curtius autem p. 517 inter Aeolismos epicos retulit, condicio sit eadem atque vocis αὔως, aliarum: sed utrum υ quod tum in F abiit vel eliminatum est, hic Ionico an Aeolico modo — neque enim moreris Ionicam terminationem quae Aeolicis stirpibus saepe subnexa est — conservatum sit, perdifficile est ad decernendum. —

gr. Gr. §. 327, 17, p. 174. ed. X, de verb. p. 276. 280 (cf. §. 9. 9). Sed rem quam ne perspicere quidem ubique licet, non meum est longius persequi.

Utut haec se habet, si minus *υ* genuinum, at certe *υ* ex *F* ortum inter vocales in antiquissima Ionica dialecto (v. Gies. p. 283) locum non habuisse, sed semper vel cum vel sine conpensatione eiectum esse mihi quidem veri simillimum est, quare quae digammi in *υ* soluti exempla ex Homero Hesiodoque suggeruntur, ea pro iustis Aeolicis vestigiis habere non dubito neque vereor ne in Christii crimen veniam quod dixit p. 192: ‚diejenigen, welche, um dem Homer und Hesiod das Digamma streitig zu machen, auch noch bei dem jetzigen Standpunkt der Sprachforschung, hier von einem pleonastischen Zusatze oder von aeolischen Dialectformen sprechen, verkennen einer Grille zu Lieb den sprachlichen Organismus'. Conferas quae in parte altera generatim de digammo disserui.

De pronuntiatione quidem utrum illud *υ* vocalis an consonae vim habuerit, propter nonnullos Alcaei et Pindari locos sine ulla iusta causa disceptatum fuit, quam rem recoquere piget. cf. Curt. p. 518. Scilicet vera diphthongus effecit longam syllabam eamque in Homero, postea et genuinum *υ* et *υ* ex *F* ortum debilitatum est et excidit, ut syllaba fieret brevis. Falsus autem est Savelsbergius qui de dig. p. 14 *F* „ante mutas tantum consonas in *υ* vocalem mutatum esse" probavit *εὔκηλος* respiciens.

I. Digamma in *υ* transiit ante vel inter vocales:

1) Homericum *εὔαδε* *Ξ* 340. *P* 647. *π*. 28 (quintum pedem obtinens) exstat pro *ἔ-σFαδ-ε*. Quam mutationem sic viri docti expediebant, ut formam *ἔFFαδον* subponerent, neque explicantes, unde *F* duplicatum esset, et in analogiam vocantes Hesiodeam formam *καυάξαις* ε. 666. 693, quasi esset pro *καFFάξαις* i. e. *κατFάξαις*, Heynius ad Il. tom. VII. p. 736, Buttmannus, gr. Gr. II. p. 97. 114, Goettlingius v. 666, alii, quorum opinio ne nunc quidem post Giesii egregiam disputationem p. 252—255 etc. plane explosa est (v. Christ. p. 249, Ameis. p. 19). Minime enim vis consona digammi ita praevalet, ut aliam litteram ad se adplicari patiatur, cum potius ipsum ad praecedentem reclinetur, sicut *τέσσαρες* pro *τέσFαρες*. Itaque oportebat ut consonae

quarum natura a digammi abhorrebat, ante hoc eliderentur; praepositionis igitur κατὰ forma κατ- in κα mutilata est ut in κάκτανε Z. 164. κάσχεθε Λ. 702. καστορνῦσα ρ. 32, arcad. κάζελε, Alcman. καβαίνω (v. Gies. p. 254, Christ. p. 73) ita ante F in κα-Fάξαις, ut hic sit formarum ordo: ἔσFαδεν ἔFαδεν εὔαδεν (cf. Curt. in actis Gotting. 1862 p. 497. Stud. II. 188, Christ. 255) et κατ(α)Fάξαις καFάξαις καυάξαις. Etiam Bekkerus duplicatum digamma inprobavit (v. sched. Homer. I. p. 135) ipse quidem ponens syllabam primam formae ἔFαδεν et accentu et arsi productam esse, v. Leskien, de Bekkeri ratione p. 40, Hartel. l. c. p. 399. Concinit vero Aeolismus Homericus εὔαδε, cuius pleonasmi testimonia grammaticorum Ahrens. I. p. 36, n. 11 indicavit, cum Aeolicis formis εὐάλωκεν εὐέθωκεν εὔωθα (Ahr. I. p. 101, n. 2, II. p. 340. 503. 509) εὔιδε (cf. ἀ-υίδετος Ahr. I. 37) quod Balbilla in epigr. XIX. 11. (Ahr. II. p. 578) scripserat Bergkiusque e coniectura ap. Sapph. fr. 2, 7 restituit. Apud Homerum quoque olim pluribus locis, ubi nunc est εἴσιδε Ξ. 13, Σ. 235 etc., εὔιδε exstitisse Nauckius in Mélanges Gréco-Romains (Bulletin de l'acad. de St. Petersb., 1863. p. 409) suspicatus est, cui fidem Curtius de Verb. p. 123 non denegavit. —

2) Alterum est verbum αὐέρυσαν Α. 459 = Β. 422, αὐερύοντα Θ. 325, αὐέρυον Μ. 261, cuius rationem Doederleinius in glossar. Hom. III. p. 225 s. n. 2290 scite perspexit: ἀναFερύσαι = ἀνFερύσαι = ἀFερύσαι = αὐερύσαι, bene addens digamma nasalem exterminasse sicut mutam in κατFάξαις, cf. Curt. p. 515; etiam hic falso duplex digamma subponitur, cf. Ameisium p. 19, qui eos qui αὐέρυσαν pro αὖ ἔρυσαν esse voluerant (cf. Buttmannum gr. II. p. 470) refutavit, Peter. de dial. Pindari p. 26. (Halis, 1866 diss. inaug.). Savelsbergius vero p. 12 α protheticum esse credidit quod e. g. habes in certa Alcmanica forma αὐειρομέναι, ‚quae est Aeolica vice vulgaris ἀειρομέναι' (v. Bergk. ad hymn. in Dioscuros pag. II. v. 29, p. 836 [3]; sed Alc. fr. 78, 2 ἀέρρει praebet ac Sapph. fr. 91, 3 ἀέρρατε), cf. Curt. p. 331 de verb. p. 117; alii aliud statuerunt, v. Christ. p. 37. 263. Veteres iam pleonasmum Aeolicum odoratos esse Ameisius ex schol. ad Α. 459 enucleavit, ubi verbum sacrificandi modum Cumaeorum proprium significare finxerunt grammatici.

3) *Αὐίαχοι* *N.* 41 conpositum est cum ἀ-praefixo intensivo Aristarcho iudice (Lehrs p. 144) aut prothetico (Savelsb. p. 11) aut rectius negativo (Curt. p. 515) et verbo *ἰαχή*, cui erat digamma in fronte (v. Buttm. gr. II. p. 468, alios); ne digamma geminatum esse acciperetur, praemonuit Bekkerus, sched. Hom. I. p. 136 (cf. Leskien. p. 40). v. Giese p. 272. Conparavit iam Ahrensius p. 38 cum Aeolica glossa *αὐίδετος*[13]).

4) Christius p. 192 adiectivum *ἀγανὸς* addidit in quo multi grammatici pleonasmum indicarunt: Et. M. auctor p. 6, 26 quem ex Orione hausisse Bastius ad Gregor. Corinth. p. 612 vidit: *ἀγανὸς, παρὰ τὸ ἄγαμαι ἀγαὸς καὶ πλεονασμῷ Αἰολικῷ τοῦ ῡ ἀγανός. ὁ δὲ τόνος τοῦ ἀγανὸς οὐκ Αἰολικῶς* (-κὸς?) *ὡς ναὸς* (sic pro *ναῦς*) *ναυός*, (Ahr. I. 36. n. 11), Eustathius p. 919, 28 *αὐίαχοι* conferens, Tzetzes ad Hes. *ε.* 666, alii (cf. Steph. Thes. I. p. 224, Ahr. I. p. 37. n. 11). Scilicet *ἀ-γανός* ad radicem *γαF-* (Curt. p. 163) pertinens et ex huius et ex terminationis *Fo-ς* digammo (cf. cervus pro *κεραFός*, Curt. p. 535) satis explicatur; potest igitur *ἀγαFὸς* Aeolice in *ἀγανός* abiisse pro *ἀγαός* quod non legimus. Atque Aeolismi favor aliquantum firmamenti habet ex usu vocis quae apud Atticos non legitur (cf. de Aeschyl. Pers. versu 959 quem Schuetzius et Hermannus spurium iudicarunt, Dindorf. in Steph. Thesaur.); usurpavit eam solus Homerus nec non semper in certa versuum sede posuit formulae instar a quo Hesiodus, Pindarus bis, Theocritus semel mutuati sunt (v. Thesaur.). Nominativus igitur plur. *ἀγανοί*: *κήρυκες ἀ.* *Γ.* 268, *Θ.* 418, *θεράποντες ἀ.* *Γ.* 281, *πομπῆες ἀ.* *ν.* 71, *Τρῶες ἀ.* *H.* 386. *K.* 563. *Π.* 103, *Φαίηκες ἀ.* *ζ.* 55. *ν.* 120. 304, *μνηστῆρες ἀ.* *β.* 209, *δ.* 681, *ξ.* 180. 699, *φ.* 174. 232, accus. plur. *ἀγανούς*: *Φοίνικας ἀ.* *ν.* 272, *μνηστῆρας ἀ.* *β.* 247. *ρ.* 325. *τ.* 488.

---

13) Item Aeolicum est αὐετής, quod legitur apud Hesych. in αὐετῆ τὸν αὐτοετῆ et ὑετὴς ὁ αὐτοετής· Μαρσύας, quod Lobeckius el. path. I. p. 362, n. 11 Aeolicum esse pro ὀετής, Maur. quidem Schmidtius in Hes. IV. p. 194 ad gl. 107 Boeoticum pro οἰετής autumarunt, equidem αὐετὴς scribendum esse contenderim, ut Schmidt indicavit, cuius correctioni αὐFετοῦς pro Laconico αὐτετοῦς procedere nequit. Αὐετὴς igitur digamma praebet solutum, quod excidit in ἀετής (cf. glossam ἀετέα· τὰ τῷ αὐτῷ ἔτει γενvώμενα), et idem notat atque Hom. οἰετής et recens ὀετής (v. Lobeck. l. c. I. p. 43, glossas: οἰετέας· ἰσοετέας ὁμήλικας et ὀετέας, v. Curtium p. 196. 514).

496. φ. 58. 213. χ. 171. ψ. 63, accus. sing. ἀγανὸν, Δ 534 de Thoante, E 625 de Aiace, Ω 251 de Dio dictus constanter finem obtinent, sed reliqui casus, genetivus ἀγανοῦ cum heroum nominibus iunctus: E. 277. 649. Z. 23. K. 392. M. 117. Ξ. 501. O. 446. P. 284. 557. Σ. 16. Φ. 579. β. 308. ε. 1. λ. 492, gen. plur. ἀγανῶν Ἱππομόλγων N. 5, nomin. femin. ἀγαυὴ Περσεφόνεια λ. 213. 226. 635 (sed nomen Ἀγαυὴ Nereidis in v. spurio Σ. 42, Hesiod. th. 246 in fine est praeter accus. Ἀγαυὴν καλλιπάρῃον th. v. 976), superlativ. ἀγανότατον ζωόντων o. 229, ne uno quidem loco excepto sedem habent post τρίτον τροχαῖον; neque Hesiodus sancitam conlocationem violavit qui ibidem ἀγανοῦ fr. 29, 1, ἀγανῶν th. 461, sed ἀγανοί in fine th. 632 exhibuit.

Accentus vero vulgaris minime obstat; scilicet Alexandrini vocem nondum ex Aeolide derivarunt. Scribitur etiam pro libr. lectione ἀγλαός sec. Barnesium in Sapph. fr. 26, 4, quod Bergkius subditicium censuit p. 886.

5) Redeo ad verba: δεύω similia apud Homerum obvia Aeolismum suadere videntur. Aeolenses igitur pro vulg. δέω dixerunt δεύω, in quo digamma inter vocales in υ transiit (v. ἐπιδεύην ap. Sapph. fr. 2, 15 δευομένοις ἐνδεύῃ (coni.) in certis titulis (Ahr. I. p. 37) δεύει ap. Conzium p. 29, 26, tab. XII. A. v. 19). Ab hac quidem formatione, quae ab vulgari usu multum distat, non possunt discerni quae apud Homerum legimus praesentis et imperfecti exempla, quare ea Aeolismis adnumero: ἐδεύετο in formula δαίνυντ', οὐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς εἴσης A. 468. 602. B. 431. H. 320. Ψ. 56. π. 479. τ. 425, quae bis alia est: βωμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης Δ. 48. Ω. 69, δεύεαι Ψ. 484. δεύεται η. 73. ϑ. 137. δεύῃ α. 254. δευοίατο B. 128. E. 202, δευέσθω T. 122. δεύεσθαι N. 310. δευόμενος X. 492. δευόμενον A. 134. T. 472. δ. 264. δευομένους Γ. 294. ἐδεύεο P. 142. δευέσθην Θ. 127. δεύονθ' B. 709. ἐπιδεύομαι Ψ. 670. o. 371. ἐπιδεύεαι B. 229. E. 636. ἐπιδευομένους Σ. 77. ἐπεδεύετ' Ω. 385, quibus addi potest adiectivum ἐπιδευὴς E. 481. M. 299. δ. 87. ἐπιδευές Γ. 180. ἐπιδευεῖς I. 225. N. 622. ἐπιδευέες φ. 185. 253. ω. 171. Tamen ad alteram stirpis formam, quam Aeolis aversabatur, δέFjω quam perbene G. Curtius iuxta Aeolicam δέFω =

δεύω antiquo tempore fuisse vidit (de verb. p. 381), redeunt ἐδεύησεν ι (483.) 540. (ἔδησεν σ. 100), δευήσεαι ζ. 192. ξ. 510, δευήσεσθαι Ν. 786. (ψ. 128), de quibus infra (§. 17. 7) dicam, quia etiam υ pro *F* demonstrant, sed non pro duplice *F*, ut opinabatur Buttmannus gr. Gr. II. p. 152. n. Vulgaris autem et Atticae dialecti usus ab hac verbum δέω et δέομαι conformaverat pro δέFjω et δέFjομαι; adeo etiamnunc Atticae formae exstant δείω, cuius participium δεῖν ap. Lysiam κατ. Ἀλκιβιάδ. §. 7, Xen. Hell. VII, 4. 39. (Ἀττικὸν καὶ τὸ πλεῖν ἀντὶ τοῦ πλέον, δεῖν ἀντὶ τοῦ δέον, Gregor. Corinth. de dial. Attic. §. 72, p. 140) a Buttmanno gr. I. §. 105. n. 22. p. 492 et Goettling. de acc. p. 46 inmerito suspectatum, Usenerus in Iahn. ann. vol. 91. p. 245 (a. 1865) a Curtio p. 300 laudatus recte agnovit, et δείομαι, (cf. δείηται προςδείηται δειομένη quae Sauppius in comm. de duabus inscription. Lesbiac. (Gotting. 1870) p. 25 ex titulo de munimentis Athenarum a C. O. Muellero edito adscripsit, sed falso pro δεύομαι = δέFομαι 'in plebeculae sermone mansisse ab antiquis temporibus' putavit). — Pergo ad verbum χέω. Conparantur igitur Aeolica praesentia χεύω θεύω πλεύω πνεύω νεύω (Ahr. I. p. 37), quae digamma in υ versum prae se ferunt, cum Ionicis χείω (χείουσιν Hes. th. 83. ἐγχείῃ ι. 10) θείω (θείῃ Ζ. 507. θείειν Κ. 437. Π. 186. Ψ. 310. γ. 112. 370. δ. 202, sed θέῃσι Σ. 601. θέειν Β. 183. Α. 616. Ξ. 354. Ρ. 119. 698. θ. 123. ξ. 501. ρ. 308) πλείω (πλείειν Ι. 418. ο. 34. πλείοντες π. 368, sed πλέων Η. 88) πνείω (πνείει Ρ. 447. σ. 130, πνείουσαν δ. 446. ἐπιπνείῃσιν δ. 357. ἐπιπνείουσα Ε. 69. ἀποπνείων Δ. 524. Ν. 654. ἀποπνείουσα Ζ. 182. ἀποπνείουσαι δ. 406) νείω (quod non legimus), quae sunt pro recentioribus et vulgaribus χέω θέω πλέω πνέω νέω; Christius nimirum p. 194. 211. 271—4 cum aliis (Graefenh. de dial. epic. p. 16) *F* in ι mutatum esse credidit, contra quos optime Curtius et. p. 524—527 disputavit, sonum ει e priscae litteraturae tralatione repetens quamquam productione suppletoria facta ubique Ionice η scribendum fuit, cf. Stud. II. p. 133 adn., Brugman. Stud. IV. p. 139. 165. Quare v. d., nuper ab Hartelio p. 429 notatus, etiam hic iure duas stirpis formas distinxit; nam de Verbo p. 222 Aeolica πλεύω πνεύω pro πλέFω πνέFω esse posuit, Ionica

vero πλε-ίω πνε-ίω etc. sicut γαίω δαίω καίω κλαίω ad primigenias formas, syllabam ja quae inerat etiam verbis denominativis (v. p. 360—362), adhibentes, πλέFjω πνέFjω revocavit, cf. p. 299. Sed, ut ad rem propius accedam, quae apud Homerum Aeolicam litterae υ prosthesin passae esse credebantur a grammaticis formae aoristi (de χεύαντες v. Gregor. Cor. de dial. Aeol. §. 16. p. 591), cum Aeolicis praesentibus non debent conferri. Ex brevioribus scilicet stirpibus χυ-πλυ-πνυ- alterae vocali ε inserta augebantur (Christ. p. 652. 71), quae in vulgari flexione satis adparent; sed ab hoc sono amplificationis diphthongus Aeolicorum praesentium diversa fuit, qua de re audias Hirzelium exponentem p. 39: 'χεύω, θεύω etc. enthalten doch nur scheinbar den reinen Steigerungslaut ευ. Denn das Sanskrit, wo z. B. aus wrz. bhû im praesens bhavâmi wurde, zeigt deutlich, dass die Steigerungslaute ευ und αυ nur bei folgendem Consonanten, nicht aber bei folgendem Vocal vollkommen zum Vorschein kamen und dass wir auch im Griech. als die ursprünglichste Praesensform von χυ, χέFω (ghavâmi) nicht χεύω anzunehmen haben'. Itaque aoristi formae: ἔχευεν *I*. 7. 215. *T*. 222. *Ω*. 445, δ. 216. ἐπὶ — ἔχευεν β. 395. υ. 54. κατὰ—ἔχευεν *Θ*. 50. η. 286. λ. 433. σ. 188. ἐν—ἔχευεν γ. 40. ζ. 77. υ. 260. περὶ — ἔχευεν *E*. 776. ϑ. 282. χεῦ' *P*. 270. δ. 584. ε. 492. ι. 210. χεῦε η. 15. χεῦεν ψ. 156. χεῦεν ὕπο π. 47. κατὰ — χεῦε *P*. 619. ο. 527. ἀπὸ—χεῦεν χ. 20. 85. ἐν—χεῦεν β. 380. ἐπ'—χεῦεν γ. 289. περὶ—χεῦεν ν. 189. χεύαμεν ω. 81. ἔχευαν *Γ*. 270. *I*. 174. α. 146. γ. 258. 338. φ. 270. ψ. 256. ἐπὶ — ἔχευαν *E*. 618. μ. 338. σὺν—ἔχευαν *Δ*. 269. κάδ — χεῦαν *Ξ*. 436. χ. 463. χεύω coni. β. 222. (cf. M. Schmidt. Did. p. 188/89, Laroche, Textkr. p. 95) χεύῃ ἔπι *Ξ*. 165. χεύομεν *H*. 336. χεύωσιν *H*. 86. χεῦον β. 354. χευάντων δ. 214. χεῦαι *Ψ*. 45. λ. 75. α. 291. χεύαντες *Ψ*. 257. *Ω*. 801. μ. 14. ἐχεύατο *E*. 314. *H*. 63. χεύατο *Σ*. 24. ω. 317. διέχευαν *H*. 316. γ. 456. ξ. 427. τ. 421. ἐνεχεύατο τ. 387. ἐπέχευε α. 136. δ. 52. η. 172. (κ. 368), ο. 135. ϱ. 91. ἐπιχεῦαι *Ω*. 303. ἐπεχεύατο ε. 257. 487. κατέχευε *Ψ*. 282. η. 42. κατέχευεν *E*. 734. *Θ*. 385. *M*. 158. καταχεύῃ *Ψ*. 408. τ. 206. καταχεῦαι *H*. 461. περίχευε ψ. 162. περίχευεν γ. 437. η. 140. περιχεύας *K*. 294. *Φ*. 319. γ. 384. περιχεύῃ γ. 426. ὑπέχευε *Λ*. 843. ξ. 49. συνέχευε

O. 363. 473. σνγχεῦαι *θ.* 139. non *υ* ex *F* ortum inter vocales, sed genuinum *υ* ante consonantem retinuerunt, quae mox labefactata postea elidebatur: nam ἔχευσα in ἔχευα, adeo in ἔχεα mutatum est (cf. ἔχεεν *Z.* 419. ἔχεαν *Σ.* 347. *Ω.* 799. *θ.* 436. σύγχεας *O.* 366), cf. Curtii l. de tempor. et modis, (1846) p. 288. Tamen quaerendum est, utrum illud servatum *υ* ex Ionismo an ex Aeolismo habeat explicationem, quam difficultatem non expedio; sane si ἠώς pro αὔως contuleris, Ionicum ἔχηε alia exspectabis. Haesit etiam Ameisius p. 18, qui Hesychii glossam σεῦα, ἐδίωξα· Βοιωτοί admovit. — Sed pro illorum copia mirum est quod semel praesentis forma obcurrit in vetere Odysseae parte: περιχεύεται *ζ.* 232 (= *ψ.* 159); cur non magis secundum analogiam περιχείεται? Certe aut haec ex aoristis transformata est in usum epicum aut testimonio est, eos ex Aeolismo derivatos esse. —

Unicum porro verbum σεύω est quod solum a poetis usurpatum est, cf. Curt. de verb. p. 223. Homerica autem carmina has formas exhibent: σεῦα *Υ.* 189. σεῦεν *Λ.* 294. *ξ.* 35. σεῦε *Z.* 133. σεῦαν *ζ.* 89. ἔσσευα *E.* 208. ἔσσευε *Λ.* 147. *Ξ.* 413. σεύῃ *Λ.* 293. σεύας *O.* 681. σεύατ' *Z.* 505. *H.* 208. *Ξ.* 227. *ε.* 51. σεύωνται *Γ.* 26. *Λ.* 415. σεύαιτο *P.* 463. *Σ.* 148. σευάμενος *X.* 22. ἐσσεύαντο *Λ.* 548. *O.* 272. ἐσσεύοντο semper in versu exeunte *B.* 808. *I.* 80. *Λ.* 167. 419. *X.* 146. *ξ.* 456. *ω.* 466, ἐπισσεύεσθαι *O.* 347. ἐπισσεύῃ *ε.* 421. ἐπισσεύας *ξ.* 399. Hic quoque nihil licet adfirmare neque habeo quid statuam de ἠλευάμην (ἄλευαι *X.* 285. ἀλεύατο *Γ.* 360. *H.* 254. *Λ.* 360. *Ξ.* 462. *ρ.* 67. *υ.* 305. ἀλεύατ' *υ.* 300. ἠλεύατο *N.* 184. 404. 503. *Π.* 610. *P.* 305. 526. *X.* 274. ἀλεύαντο *χ.* 260. ἀλεύεται *ξ.* 400. *ω.* 29. ἀλεύασθαι *μ.* 159. 269. 274. ἀλευάμενος *E.* 444. *O.* 223. *Π.* 711. *Υ.* 281. *ι.* 277. ἀλευάμενον *E.* 28. ἀλευάμενοι *μ.* 157) et ἠλεάμην (ἀλέηται *δ.* 396. ἀλεώμεθα. *E.* 34. *Z.* 226. ἀλέαιτο *υ.* 368. ἀλέασθε *δ.* 774. ἀλέασθαι *N.* 436. 513. *Υ.* 302. *Ψ.* 340. 605. *ι.* 274. 411. *π.* 477), cf. Curt. temp. p. 288, Savelsberg. de dig. p. 13, Christ. p. 193.

II. Digamma in *υ* versum est ante liquidam *ρ*:

1) Inter Aeolica vestigia cadit adiectivum ταλαύρινος, de quo schol. *A* ad *E.* 289 sic tradit: Ἀρίσταρχος ψιλοῖ τὸ ρ̄. οὐ γάρ

φησι σύνθετον δεῖ νοεῖν τὸν σχηματισμόν, ἀλλὰ κατὰ ἁπλῆν ἔννοιαν, τὸν εὔτολμον καὶ ἰσχυρόν. ὁμοίως δὲ καὶ Ἀριστοφάνης. Τρύφων δὲ σύνθετον αὐτὸ ἐκδέχεται, παρὰ τὸ ταλαὸν καὶ τὴν ῥινόν, ὁμοίως τῷ ταναόποδα ταναύποδα. Merito autem Lehrsius p. 309. Eustathio p. 548 sic exponenti: ἔστιν οὖν ἐκ τοῦ ῥινὸς ταλάρινος καὶ πλεονασμῷ Αἰολικῷ τοῦ υ ταλαύρινος ὡς ἄρηκτος αὔρηκτος. διὸ καὶ τῶν παλαιῶν οἱ μὲν ἐψίλουν τὸ ρ̄ τοῦ ταλαύρινος, ὡς καὶ Ἀρίσταρχος· οἱ δὲ ἐδάσυνον fidem denegavit; luculentum testimonium habemus quo elucet posteriores Aristarchi rationibus saepe suo Marte nova argumenta quasi substruxisse e dialectis. (cf. init. part. alter.) Trypho igitur ταλαόῥινος fuisse et suo iure interaspirationem adhibendam esse crediderat (cf. Eust. 524, 9. Philemon. p. 150 ap. Larochium. p. 419); sed non recta est derivatio et magis quam scriptura ταλαύῥινος placet Eustathii ratio, qua id minime pro ταλαόρινος sed pro ταλά-Ϝρινος (cf. Hoffmann, quaest. Homeric. I. §. 84, 2. p. 137 (1842) „qui clypeum sustinet"), digammo vocis ῥινὸς vel Aeol. γρῖνος (v. Giese p. 191/2. Ahrens II. p. 56. Christ. p. 178. Hartel. p. 395) soluto, ortum esse accipitur. (cf. ταλα-πενθής, ταλαεργός ταλα-πείριος ταλά-φρων.) Asper ergo cum vulgo litterae ρ e digammo inhaereat, hic locum habere nondum potuit, de qua re Giesius p. 334. (328) et Velsenius fr. Tryph. p. 65 monuerunt — Vocem quam quater legimus *E*. 289. = *Y*. 78. *X*. 267. — *H*. 239. ad Aeolidem referendam esse in propatulo est, si Aeolica αὔρηκτος εὐράγη (Ahr. I. 39) et Ionica ἄῤῥηκτος *B*. 490. *N*. 37. 360. *Ξ*. 56. 68. *O*. 20. *Y*. 150. *Φ*. 447. *ϑ*. 275. *κ*. 4. ἔῤῥιψε similia inter se conferuntur. cf. Savelsberg p. 15/6. etiam ταλάῤῥινος exspectes.

2) Ita se habet vox καλαῦροψ quam nescio quo iure Ahrensius II. p. 29 Atticae dialecto tribuerit pro καλά-Ϝροψ = ‚fustis laqueo instructus' *Ψ*. 845. est igitur Aeolismus. cf. Hoffmann. l. l. p. 138. Savelsberg. Curtium p. 327. 515. Christ. p. 192. Hartel. p. 395.

3) Aliud certissimum, ut mihi quidem videtur, huius Aeolicae rationis exemplum non possum silentio praeterire: ἀπούρας ἀπηύρα, quas formas primus Ahrensius in Zimmermanni Diariis Antiquit. Stud. 1836 p. 801 sq. vocalem υ ex digammo natam

praebere καναξαις εὔαδεν αὔατα ταλαύρινος conferens scite perspexit. cf. Savelsb. p. 16. Supra iam de accentu monui (§. 1. 6) atque reliqua Aeolismi indicia infra (§. 18. 11) explanabo.

His perlustratis restat ut de vocibus disseram, quae etiam ante alias consonas digamma in υ solvisse dicuntur. Nam si grammaticis probatissimis, ut Herodiano, quod par est aures praebemus, solum ante ϱ illud factum est: cf. π. παθ. II. p. 271. π. συνταξ. τῶν στοιχείων p. 401, 25 (v. Schol. ad Dion. Thrac. in Bekk. An. II. 684): εἰώθασιν οἱ Αἰολεῖς προστιθέναι τὸ ῡ φωνήεντος ἐπιφερομένου, — συμφώνου δὲ ἐπιφερομένου οὐδέποτε προςτιθέασιν ῡ οἱ Αἰολεῖς· τὸ γὰρ νόσος νοῦσος, καὶ Ὄλυμπος Οὔλυμπος ποιητικά εἰσι καὶ οὐκ Αἰολικά. τοῦ δὲ ϱ̄ ἐπιφερομένου πολλάκις προςτιθέασι τὸ ῡ οἱ Αἰολεῖς οἷον αὔρηκτος· ἄρρηκτος γάρ· δῆλον οὖν ὅτι φωνῆέν ἐστι καὶ οὐ σύμφωνον τὸ ϱ̄, quod rectissime disputavit Ahrensiusque I. 37 probavit. Sed non huic Christius p. 192 debuit praeferre auctoritatem Heraclidis, incauti sane grammatici et ad ineptias proclivis, qui tradidit ap. Eust. p. 391: Αἰολεῖς τῷ ᾱ προςτιθέντες τὸ ῡ, ὥς φησιν Ἀρίσταρχος παρατιθεὶς τὸ ἀτὰρ αὐτὰρ (cf. Christ. p. 264) δαλὸς δαυλός ἴαχεν ἴαυχεν, λέγουσιν οὕτω καὶ φάσκω φαύσκω καὶ μετὰ τοῦ ϱ φραύσκω, cf. Ahr. I. 37. n. 13; quae num Aristarchi sententia fuerit valde dubito. Vulgo autem huc referuntur haec:

III. 1) εὔληρα Ψ. 481. quod Hesychius sic interpretatus est: ἱμάντες. ἡνία, λέγεται παρὰ τὸ εἰλεῖσθαι ταῖς χερσίν (Sav. p. 14); hoc autem Ionicum audire Curtius p. 516 adseverat; scholiastes vero cod. *B.* praeter εὔληρα εἴληρα adtulit quod veriloquii causa fictum videtur. Αὔληρα porro Epicharmus adhibuerat (Ahr. II. 50), unde elucet vocalem α vel ε protheticam esse, post quam digamma in υ solutum esse adfirmant Savelsberg. p. 16. Curtius p. 531. Leskien l. l. p. 40. Sed cum radix sit Fελ- (cf. p. 516. 334. de verb. p. 334), fortasse a forma ἐFεληρον proficiscendum est, ut υ ex Fε contractum putetur; similiter autem videtur αὖλαξ (ad stirpem Fελκ-pertinens, Curt. p. 131. 525. 528. 531. Leskien p. 15. 36) non ex ἄFλαξ, sed

ex ἀFελ-α-ξ ortum esse pro Dorico ὦλαξ Homerico vel Ionico ὦλξ (ὦλκα *N.* 707. σ. 374) Attico ἄλοξ. —

2) Aeolicum audit adiectivum Homericum εὔκηλος *A.* 554. *P.* 371. γ. 263. ξ. 479 pro vulg. ἕκηλος quod est in versibus *E.* 759. 805. *Z.* 70. *Θ.* 512. *I.* 376. *Λ.* 75. *O.* 194. *P.* 340. β. 311. λ. 182. μ. 301. ν. 423. ξ. 91. 467. π. 314. ρ. 478. φ. 259. 289. 309, cf. Ahr. I. 37, n. 13; sed illis grammaticulis male auscultavit Ameisius p. 17. Neque Apollonius neque Herodianus voci ex Aeolidis consuetudine lucem adferre voluerunt; de spiritu autem hic sic scripsit π. Ἰλ. πρ. ad *A.* 554. II. p. 29: τὸ εὔκηλον ψιλοῦται κατὰ δύο λόγους καὶ ὅτι τὸ ῡ ἐπεντιθέμενον ψιλοῖ τὰ δασυνόμενα φωνήεντα, ὅρος οὖρος, ὅλος οὖλος, καὶ ὅτι ἡ ευ δίφθογγος ἐπιφερομένου συμφώνου ψιλοῦται, εὐνή, εὐχή, εὖρος. Post Thierschium vero, qui gr. Gr. §. 161. p. 211 ἕF-κηλος pro ἕ-κFηλος latin. quietus quod aliam habet radicem (Curt. p. 139) conparans falso enucleare studuit quia nusquam υ vel *F* consonas explosivas transilit, Buttmannus aliam explicandi viam ingressus est, qui in lexil. I. p. 137[4]. vocem ἕκηλος digamma habuisse (de quo nunc satis constat, v. Ahr. II. p. 41. 46) atque abhinc vocali ε prothetica adsumpta ἐFέκηλος exstitisse rectissime vidit; sed syncopen factam esse et *F* ante κ sicut in εὔαδεν in vocalem versum autumavit ut fieret ἐFέκηλος ἕFκηλος εὔκηλος, quam opinionem probabant Curtius p. 130. 131. Ameisius p. 18. Alii vero εὔκηλος i. e. ἕFκηλος metathesi digammi tum in υ soluti ex Fέκηλος, unde spiritus haesit in ἕκηλος, natum voluerunt, Giese p. 271. Savelsberg de dig. p. 47. Christ. p. 49. 237. alii. Sed utrique explicationi diffidere licet; ex mea igitur ratione υ ex syllaba *F*ε contractum est, ut ἐFέκηλος statim in εὔκηλος transiret.

3) Agmen claudat forma τανaύποδα ι. 464. quam Eustathius p. 631. 46 Αἰολικῇ τροπῇ sicut ὕπτιος ex ὄπτιος quod sibi finxit episcopus, ὄνυμα ex ὄνομα extricavit (cf. Ahr. I. p. 83. n. 15). Etsi vero Ahrensius II. p. 506 in secundae declinationis terminationibus apud Aeolenses o certissime servatum esse docuerat, Ameisius p. 22 hanc Aeolicam mutationem agnovit in conparationem advocans Boeotica n. pr. Σαύμειλος Σαυκράτεις (Ahr. I. 202) Meinekiique incertam emendationem Σαϋλαϊάδα

(cf. Ahr. II. 506), et Ahrensium qui *αυ* ex *αο* contractum dixit corrigens. Hoc idem in mentem venit Brugmano in Curt. Stud. IV. p. 155, qui in *Σαυ-* vocalem *υ* digammi vices sustinere pro *ΣαF-* probavit. Equidem et *ταναύποδα* et nomina Boeotica neque *ο* Aeolice in *υ* mutatum neque *F* in *υ* solutum prae se ferre ratus eos solum qui in illa voce *υ* pro *Fo* explicuerunt (ut Doederleinius in gloss. I. n. 215. H. Weber etym. Unters. p. 63. Curtius et. 515/6) recte iudicasse puto; item *Σαυ-* ex *ΣαFo* repetendum videtur; nam *σάος* quod est Ionicum (ad Homeri imitationem retulit Rennerus in Stud. I. 1. p. 188 *σαόφρων* e Phocyl. 9. 1, cf. Theocr. 28, 14) et Aeolicum (v. Ahrens. in Mus. rhen. nov. I. p. 384. 1842 et Hesychii glossam: *σαώτερος — ἀπὸ πρωτοτύπου σάος Αἰολικοῦ*, Ahr. I. p. 284) et Atticum (cf. *σαοφροσύνης* in titulo ex urbanis muris a Themistocle conditis mense Aug. a. 1873 adlato v. 5. cuius ectypon Kirchhoffius benigne nobiscum communicavit in societate Graeca*)), intermedium digamma habuisse patet e forma *σῶος* (cf. *ἀγα-νός κερα-ός κρανα-ός ταλα-ός* Curt. p. 535). Sed sine iusta causa Doederleinius III. n. 2104. 2380 *ταλαύρινος* (pariter Duentzerus in Iahnii annal. v. 95, 1867: ‚die metrische Verlängerung bei Homer' p. 371) et *καλαῦροψ* e *ταλαFόρινος* et *καλαFόροψ* derivavit. —

§. 4. De spirante *j* pro *γ* posita.

Paucis de verbo *ἀγρέω* adnotabo, quod Aeolicum esse pro vulg. *αἱρέω* viri docti precario fidem facere moliti sunt. Notissimum quidem est Aeolenses solum *ἀγρεῖν* sensu eodem qui inerat verbo *αἱρεῖν* constanter, nusquam *αἱρεῖν* adhibuisse[14]). Etsi autem nemo ignoravit, vocem de qua agitur toti linguae Graecae omnibusque dialectis (de Aeol. Boet. Dor. v. Ahr. I. p. 74. 174. II. 112) communem fuisse, tamen verendum est ne

*) cf. act. academ. Berol. ei. a. p. 155.

14) Non recte iudico Conzium in tit. Erythraeo ap. Kennerum, p. 340. l. 49/50 pro certa scriptura ΑΓΡΕΟΕΝΤΑ (linea in Θ evanuit) lectionem a ductu iusto plus abhorrentem αἱρεϑέντα proposuisse; neque eius coniecturam probat inmixta Ionica forma αἱρέσιος l. 31, quae explicatur, quod titulus Erythris, in urbe non Aeolica, a lapicida Ionico Aeolidis ignaro exaratus est, vel recentiori aetati tribuenda est.

ea ex Aeolismo in vulgarem sermonem inrepsisse neve Homericae formae quae cum hac stirpe cohaerent: ἄγρει *E.* 765. *H.* 459. *Λ.* 512. *Ξ.* 271. φ. 176. qui pristinus imperativus (cf. Archil. fr. 5, 3) in interiectionis vim sicut ἄγε apud Homerum abierat, ἀγρεῖθ' υ. 149 (semper in initio versuum positum). ἄγρη μ. 330. χ. 306. (de venatione) πυράγρη *Σ.* 477. γ. 434. ζωάγρια *Σ.* 407. ϑ. 462. ζώγρει *E.* 698. *Z.* 46. *Λ.* 131. ζωγρεῖτ' *K.* 378. ἀνδράγρια *Ξ.* 509. βοάγρια *M.* 22. π. 296. μοιχάγρια ϑ. 332. πάναγρος *E.* 487. αὐτάγρετα π. 149. (hymn. in Merc. v. 474. 489) παλινάγρετον *A.* 526. („non plus semel legitur in Theocriti carmine Aeolico 29, 28", Ameis. p. 38) ex Aeolica consuetudine derivatae esse tacite credantur (cf. C. F. Ameis. ad π. 148, in append. ad π. 296. III. p. 68). Itaque aut ex ἀγρέω ortum putabatur αἱρέω muta in vocalem soluta aut illud ex hoc vocali in consonam versa, cf. Koen. ad Gregor. Cor. p. 590. (Boeckh, c. i. G. II. p. 850 ad n. 3524, 6) Buttm. lexil. I. p. 123. Giese p. 234. Ahrens in Zimmerm. Diar. 1836 p. 803, de dial. Aeol. p. 25 etc., in Mus. rhen. I. p. 394 ad Sapph. fr. 75 B. alios. Aliter Christius Aeolicum ἀγρέω per syncopen ex ἀγερέω p. 41 atque ex eo vulgare αἱρέω muta cui etiam asperum deberi credidit p. 109 extrita per productionem suppletoriam p. 62 (37) merito repetiisse sibi visus est, quae derivatio plus uno nomine inepta et perversa est. Etiam Bergkius (in hist. litt. Gr. p. 58. n. 20) antiquissimum verbum ἀγρεῖν omniumque Graece loquentium proprium e primigeno ἀριέω, unde metathesi effectum esset αἱρέω et vocali in γ transmutata vel ἀγρέω vel ἀργέω (?), quod apud Hom. v. 149 Antimacho placuisse videretur, progerminasse credidit, quam originationem Ameisius p. 37 fusius disputando analogia recentioris Aeolicae pronuntiationis, qua spirans labialis *F* ante ῥ in mediam labialem β in βρίζα βρόδον etc. in vocum initio mutabatur, fulcire studuit ponens βρίζα : Fρίζα = ἀγρέω : ἀjρέω. Perplexa sane ratio est; primum quod in initio vocum valet confidenter in media voce admisit, tum duas mutationes simul statuit sed non excusavit: metathesin et transitum spirantis in consonam; exspectet quidem aliquis ἀργέω pro ἀρjέω (sicut Πέργαμα pro Παρίαμα, Ahr. p. 56. n. 24), nullo vero modo ἀγρέω; at raris-

sime vix e labente Graecitate certa exempla illius **mutationis** extricantur, v. Curt. p. 559. His temptaminibus **circumspectis** nihil restat nisi ut in eorum sententiam eamus, qui **duas diversissimas** stirpes in Graecae lingua fuisse contenderunt, **quod** concessit etiam Kuhnius in ann. II. p. 271; cf. Curt., **p. 161**. Quod etiam notione paululum a se distabant (cf. Buttm. lexil.), ponendum est Aeolicam dialectum duas notiones unius **verbi** ambitu conlegisse. Sed plane nihil in earum necessitudinem facere debet quod *ἄγρημι* et *αἱρεῖν* recenti tempore eandem flexionem secuta sunt: *ἥρημαι* et *προαγρημένω* (c. i. G. 3524, 6, Ahr. I. p. 62), sed *ἡρέθην* (cf. Curt. de verb. p. 376) et *ἀγρεθέντες* (c. i. g. 2166, 28 ubi *E* planum est sec. Dodwellianum apographum, et in tit Eryth. l. 49).

§. 5. De sibilante.

I. *σ*.

1) *Σ* in fronte vocum ante *μ* positum quamquam secundum Athenaei et Antiatticistae testimonium: *μύρρα ἡ σμύρνα παρ' Αἰολεῦσιν* (v. Lobeck. el. path. I. p. 130, Sapph. fr. 163, Ahrens. II. 504) Aeolenses abiecerunt, etiam retentum esse Sapphus forma *σμίκρος* (fr. 34, Ahr. I. p. 73), quae semel reperitur in Homericis quoque carminibus *P.* 757 (praeter hymn. in Ven. p. 115), testis est itemque Aeolismus Homericus *ἐπι-σμυγερῶς* *γ*. 195. *δ*. 672, quem pro *μογερῶς* cum scholiasta, ad priorem locum verba a Boeckhio sic correcta adnotante: *σμυγερῶς διὰ τὸ μέτρον παρείληπται, Αἰολικῶς δὲ ἔστιν, ἐπιπόνως*, cum Buttmanno (ib. in not.) Matthiaeo gr. Gr. §. 10. 15. p. 64 contra scholiastam ad *δ*. 672 *ἀπὸ τῶν ἐπισμυχομένων* et Eustathium p. 1463, 47 (781, 37) *ἐπιπόνως ὀδυνηρῶς καὶ ὡς εἰπεῖν καυστικῶς* derivantem non dubito agnoscere; mire Doederleinius in gloss. III. p. 81. n. 2046 ineptit illud pro *ἐπιζα-μογερῶς* dictum credens. Quod Apollonius Rhodius *σμυγερῶς* *Δ*. 380. *σμυγερὴ* *Δ*. 1065. *σμυγερώτατοι* *B*. 374 et 244 ex Ruhnkenii emendatione praebet, id ad imitationem refero. Voci vero *μογερὸς* σ adhaesisse (cf. Christ. p. 86) discimus ex Hesychii glossa *σμογερόν· σκληρόν, ἐπίβουλον· μοχθηρόν*, cuius lemma non ignoro in Thesaur. l. Gr. VII. p. 496 utpote librarii errore pro-

cusum esse addubitatum, sed recte ut videtur M. Schmidtius ad v. defendit Cyprium atque ad Euklum chresmologum relegandum esse arbitratus (cf. Hartel. p. 398).

Sed cavendum est ne illam σ mox retinendi mox abiciendi proprietatem quae communi linguae Graecae lege nititur (conf. exempla quae suggessit Lobeckius l. l. p. 120—132, Curt. p. 644, Hirzel. p. 40) certae dialecti finibus describamus; neque igitur dialectorum discrimen intercedit inter formas *σκίδνασθαι* et *κίδνασθαι* (cf. Duentzer. l. l. p. 367).

2) Ex euphonica lege qua subsequens consona antecedentem sui similem vel convenientem reddebat mollioris pronuntiationis causa ante μ dentales in σ mutabantur; Aeolidem tamen concursum litterarum δμ non aversatam esse elucet e forma *πυκάδμενος* S. fr. 56 et grammaticorum testimoniis. Auctorem nimirum *π. Ὁμήρ. διαλ.* p. 478 Homerica exempla *ἴδμεν ὀδμὴ* quae pugnant cum usu Attico Aeolica vocantem mitto, sed id solum propter *ἄσμενος* tango quod Aeolicum perf. partic. esse creditur. In Et. autem Magn. p. 155, 23 (v. Lentz. Herod. π. παθ. II. 358) sic traditur: *ἥδω τὸ εὐφραίνω, ὁ παθητικὸς παρακείμενος ἧσμαι, ἡ μετοχὴ ἡσμένος καὶ ἄσμενος τροπῇ τοῦ η εἰς ᾱ· τινὲς δὲ λέγουσι, μὴ εἶναι μετοχὴν ὅτι πᾶσαι αἱ τοῦ παρακειμένου μετοχαὶ παροξύνονται· πρὸς οὓς φαμεν, ὅτι λέγουσιν οἱ τεχνικοί* (int. Herodianum) *μετοχὴν εἶναι παρακειμένου ἀπὸ τοῦ ἥδω ἡσμένος κατὰ συστολήν ἄσμενος καὶ ἅμα τῇ συστολῇ ἀνεβίβασε τὸν τόνον καὶ προπαροξύνεται*, ad quae verba Lentzius Herodianum item *ἄλμενος* ex *ἡλμένος* natum putasse addidit, quod aoristi videtur esse sicut *ὄρμενος*; Ameisius contra p. 23 α longum esse opinatus est. Neque vero quicquam de quantitate licet statuere pro certo neque de Aeolismo, quem suadere possunt si minus accentus, quem forsan ex obscurata participii notione explices, tamen spiritus et usus Homericus (nam *ἄσμενος ἐκ θανάτοιο* formulae instar Υ. 350. in exitu atque *ἄσμενοι ἐκ θανάτοιο* ι. 63. 566. κ. 134 in initio positum est, praeter quod in medio versu partis a Lachmanno contemptae Ξ. 108 legimus *ἀσμένῳ*), constat propter σ quod Aeolicae rationi refragatur, nisi credere mavis *ἄσμενος* pro *ἄδμενος* rhapsodorum ore ad usitatam pronuntiationem adplicatum esse;

nescio an etiam iuxta ἴδμεναι *N.* 273. δ. 200. 493. μ. 154 apud Homerum fuerit κεκαδμένος, quod praebet Pindarus Ol. I. v. 27 (v. Curt. de verb. p. 188), non Aeolicum vel Doricum (Eustath. p. 214, 22, v. Ahr. II. 109) sed ex epico archaismo vel Ionismo servatum, pro κεκασμένος Δ. 339. δ. 725. 815, fortasse propter vulgatum et Atticum usum (cf. Aesch. Eum. 766. Aristoph. equit. v. 685) in Ionica carmina illato.

II. σσ.

1) Sibilantis geminatio quae oritur vel concursu alterius σ vel spirantis alicuius (*j*, *F*) adsimilatione, cum saepe in Aeolica dialecto conspicua esset ubi aliae dialecti simplex σ adhibebant, sicut quaeque alia duplicatio etiam in Homericis vocibus grammaticis inferioris notae Aeolica fuit (ἀναδιπλασιασμὸν vel πλεονασμὸν διὰ τὸ μέτρον vocantibus, quae stultissima ariolatio adhuc nondum plane obmutuit); Herodianus nempe tale Aeolismi indicium aversatus est sic verba faciens π. παθ. II. 306: τινὲς δὲ ψιλοῦσι τὸ ὅττι καὶ τὰ λοιπά, Αἰολικὸν ἀναδιπλασιασμὸν οἰόμενοι εἶναι. διὰ τοῦτο δὲ καὶ ἀναπέμπουσι τοὺς τόνους. ἀλλὰ οὐκ ἔστιν ὁ διπλασιασμὸς ἐπὶ τούτων Αἰολικός, ἀλλ' ἴδιος αὐτῶν τῶν ἀναφορικῶν. παρ' Αἰολεῦσι δὲ τῶν ἀμεταβόλων γίνεται — ἐὰν οὖν ἕτερον διπλασιασμὸν παρ' αὐτοῖς εὕρῃς, τῷ κοινῷ ἐχρήσαντο καὶ οὐκ ἰδίως ἐποίησαν· εἰ οὖν παρακολουθεῖ τοῖς ἀναφορικοῖς τὸ διπλασιάζεσθαι, κοινὸν καὶ οὐ τῆς διαλέκτου ἐστίν, οἷον ποῖος ὁππoῖος, πόσος ὁππόσος, ὅσος ὅσσος, — ἔσεται ἔσσεται (cf. Eust. 655, 13: καὶ δὲ καὶ Σικελικὸν εἶναι τὸ ἔσσεται, οὐ μὴν Αἰολικὸν λέγουσιν), similia ποιητικῶς, οὐκ Αἰολικῶς dicta, v. p. 304. π. ὀρθογρ. p. 511/2, cui iudicio non iuvat aliquid addidisse.

2) Regula qua grammatici persaepe (cf. Ahr. I. p. 67) apud Aeolenses πτ in σσ mutatum esse tradunt Homerica aliaque exempla conparantes Aeolicis quae tenemus refutatur; sed non intellegitur unde illa profecta sit. Nunc constat verba πέσσω ὄσσομαι κορύσσω ἐνίσσω ad antiquiorem formam stirpis in κ exeuntis redire, quod tum per labialismum qui dicitur totius linguae Graecae proprium in π transformatum est, a qua stirpe recentiore descendunt verba πέπτω ὄπτω κορύπτω ἐνίπτω cf. Curt. et. p. 418. 425. 621, de temp. et mod. p. 105—107,

de verb. p. 234 sq. 311); praestat igitur grammaticis diffidere. Eodem cadit nominativus ficticius τὸ ὄσσος e quo Homericus dualis τὼ ὄσσε derivabatur etsi in Aeolide dualis non erat: *βαρύνεται οὐ μόνον καθότι Αἰολικὸν δοκεῖ εἶναι*, v. Herodian. π. καθ. πρ. I. p. 208, 20. (v. §. 12. 4).

III. ζ.

1) Duplex σ ab Aeolensibus et a Tarentinis in ζ mutatum esse grammatici satis perplexe clamitant, e quorum ratione Homericum verbum *νίζω* Tarentinum est pro Aeolico *νίσσω* quod pro vulg. *νίπτω* esse voluerunt (saepissime scilicet ad unam vocem expediendam plurium dialectorum proprietates admoventur), cf. Et. M. 605, 24. Ahr. I. p. 46. II. p. 101; sed Herodianus cautius egit quod sensit: *τὸ δὲ νίζω οὐκ ἐγένετο ἐκ τοῦ Αἰολικοῦ νίσσω*, v. in An. Ox. I. 291, 24 = π. παθ. II. p. 377. Quod autem illic additum est: *οὐδέποτε γὰρ τὰ παρ' αὐτοῖς* (*Al.*) *δύο σσ τρέπουσιν εἰς ζ*, recte Lentzius in not. suspicatus esse videtur, Epimerismorum consarcinatorem id de suo adiecisse, cum alias Herodianus ipse eius adfectionis exempla ex Alcaei et Sapphus carm. subpeditaret π. μονήρ. λέξεως, 23. II. p. 929, (π. καθ. πρ. I. p. 442, 18, p. 535, 9; π. διχρόνων 292, 17, II. p. 14, 5; π. παθ. II. p. 378): *ἔπταζον* (A. fr. 27) *ἐκ δὲ τοῦ κοινοῦ ἦν τοῦ ἔπτησσον· τὸ δὲ αὐτὸ ἐπὶ τοῦ πλάζω· ἐπιπλάζοντες* (S. fr. 18) *ἀντὶ τοῦ ἐπιπλήσσοντες*, ubi α longum esse, non correptum adnotavit. Ahrensius quidem I. p. 46, 85 Aeolicas formas agnovit, etsi e titulis lux non adportatur. Hunc igitur Aeolismum quibusdam Homericis locis Aristarchum intellexisse discimus ab Epimer. auctore in An. Ox. I. 149, s. v. *ἔστιν* qui admirabiliter vocabula confudit: *ἐκ τοῦ πλῶ καὶ τὸ πλάζω, ὡς τὸ κράζω· τὸ πλάζω ἐκ τοῦ πλήσσω Αἰολικοῦ* (? leg. *Αἰολικῶς*)· *οὕτω γὰρ καὶ Ἀρίσταρχος τὸ Ὁμήρου ἀνέγνω ἐκτεταμένως ‚κύματι πηγῷ πλάζετο' ε. 389 ἀντὶ τοῦ ἐπλήσσετο· καὶ γάρ φησιν ἐπιφέρων Ὅμηρος ἐξηγεῖται· ‚παλιρρόθιον* (scil. *κῦμα*) *δέ μιν αὖτις πλῆξεν' ε. 430. ἡ μέντοι κοινὴ ἀνάγνωσις συστέλλει τὸ ἄ, ἐκδεχομένη τὸ ἐπλανᾶτο* (cf. schol. P. Q. ad. ε. 389)· *ἐπιφέρει γὰρ οὕτω ‚κακὰ πολλὰ παθὼν ἀλόω κατὰ πόντον' ε. 377. ἐπὶ μέντοι τοῦ Ἀχιλλέως· ‚πλάζ' ὤμους καθύπερθεν' Φ. 269 τὸ ἔπλησσε, δῆλον Αἰολικῆς* (l. -*κῶς*). cf. Lehrs. adn. ad Herod. tria scripta

emend. p. 77. Lobeckius vero Aristarcho credidit in el. path. I. p. 237 sic locutus: ‚si, ut Nitzschio ad Od. ε. 389 et mihi visum est, πλάζω proprie idem significat ac πλήσσω, alpha longum esse oportet' atque Aeolismum fovebat Rumpfius in Iahn. ann. v. 93 (1866) p. 97. Sed nemodum demonstravit πλάζω re vera Aeolica illa mutatione de qua parum constat pro πλήσσω ortum esse neque de quantitate vocalis α certi quid conperire licet. Adparet autem verba πλάζω et πλήσσω, quae posteriore usu notionis paululum inter se discrepant, ab eadem stirpe πλακ- descendere; illud igitur ex πλάγjω per πλάδjω (Curt. p. 566) factum est, in hoc consonae finali nasalis praeludebatur: πλά—ν-κjω (cf. lat. plango), quae evanescens effecit productionem suppletoriam: πλήσσω. Itaque non minus verisimile est, duobus verbis in lingua vulgari eandem notionem olim inhaesisse, id quod Lobeck. ad Ai. v. 598. p. 241 dixit: ‚fit credibile verba πλάζω, πλήγνυμι, πλήσσω non minus inter se cognata esse quam germanica illa schlagen (πλήσσειν), verschlagen (πλάζειν)' vel intr. anschlagen (cf. Buttmann. gr. Gr. II. p. 268). cf. Curt. in Philol. III. p. 3, et. p. 260, de verb. p. 320. Ahr. gramm. dial. Att. et Hom. §. 61. n. 5. p. 77. Potuit sane fieri, ut Homerica aetate πλάζω ibi etiam adhiberetur, ubi excultior usus recentioris temporis πλήσσω potius postularet. Ergo non negans in Aeolidis usu fortasse solum fuisse πλάζω pro duobus πλάζω et πλήσσω, quae res grammaticos in errorem induxit, ut πλάζω Aeolice ex altero versum crederent, eam mutationem non modo incertam sed Aeolismum futilem esse iudico.

Etiam comparativum ὑπολίζων Σ. 519 nescio an grammatici inter Aeolismos retulerint; Herodianus scilicet π. 'Ιλ. πρ. tres τύπους comparativi enumerans ὀλίζων ὀλιγίων ὀ-λίσσων (cf. λίσσον ap. Hesych., Curt. p. 346. 624) dixit: τὰ δὲ δύο σσ μετέπεσεν εἰς ζ καὶ ἀπετελέσθη τὸ ὄλιζον. οὕτως οὖν ἐσχηματίσαμεν καὶ τὸ μεῖζον, λέγω δὲ κατὰ τὴν αὐτὴν τροπὴν τῶν στοιχείων. Quod vero grammatici ὄλιζον pro ὀλίγον tradunt fuisse aut apud Aeolenses (v. Aelium Dionys. ap. Eust. p. 1160, 17) aut apud Thessalos (v. Apionem et Herodorum ap. Eust. p. 329, 12) aut in recentiore Iade (v. Heraclidem Alex. ap. Eust. p. 1643, 2),

nugati esse credantur (v. Gies. p. 51. Ahr. I. p. 219 et n. 2), licet ipse Herodianus de πεφυζότες *Φ*. 6. 528. 532. X. 1 (quod cum φυζανικὸς *N*. 102. aliis Curtius p. 448. 566 recte a φύζα *I*. 2. 140. *O*. 62. 366. ξ. 269. ϱ. 438 pro φυγια derivavit) sic exponens reperiatur π. παθ. II. p. 265, 4: ἀπὸ τοῦ πέφυγα ἡ μετοχὴ πεφυγώς· ὁ γοῦν Ἀλκαῖος μετατιθεὶς τὸ σ εἰς ν κατὰ πλεονασμὸν ἑτέρου γ φησὶ πεφύγγων, οἱ δὲ νεώτεροι Ἴωνες τῷ ζ ἀντὶ τοῦ γ χρῶνται, ὅθεν καὶ τὸ φύγω φύζω καὶ τὸ πέφυγα πέφυζα ταὶ τὸ πεφυγότες πεφυζότες κατὰ τὴν αὐτὴν ἀντιστοιχίαν καὶ τὸ ὀλίγον ὀλίζον λέγουσιν. Neque ὀλίζων pro ὀλίγjων ad recentioris Iadis usum pertinet (v. Bergk. hist. litt. Gr. I. p. 69. n. 46) sed ad antiquissimum; atque bene probatur vetusto titulo Attico in corp. inscr. Attic. a Kirchhoffio a. 1873 edito I. n. 1. B. 32, ubi legimus *O. ΕΙΖΟΣΙ* ab eodem egregie in ὀλείζοσι restitutum novissimaque Anglorum conlatione lapidis confirmatum; cum forma ὀλείζων, ubi ει est pro ι + ι, conferas μείζων pro μέγjων vocalis ι epenthesi (sicut αἱρέω pro ἁρjω Curt. p. 509. 633) ortum, cf. Curt. de tempor. et modis p. 91.

2) Mutatio δι in ζ Aeolensibus quam maxime peculiaris fuit, sed etiam a vulgari usu minime abhorruit (cf. Ζεὺς pro Δjεύς Curt. p. 562, verba in -άζω, -ίζω quae primigenio vel parasitico δ adsumpto nata sunt, p. 565. 573—5, de verb. p. 335—7. 347, πεζὸς pro πεδιος etc.). Neque desunt Ionica exempla: nam ἀρί-ζηλος quod est iuxta ἀρίδηλος, *N*. 244. *Σ*. 219. 221. 519. *X*. 27. μ. 453, a Bekkero in sched. Hom. I. p. 291 cum schol. L ad *B*. 318 perperam pro ἀρίσ-δηλος aut a Buttmanno in lexil. I. p. 240. nuda mutatione δ in ζ vel p. 244 inaudito transitu *F* in σ pro ἀρι-*F*(ί)δηλος intellectum, exstat pro ἀρίδjηλος (Curt. p. 565. Christ. p. 51) atque ἀ-ίζηλος *B*. 318 pro ἀ-*F*ίδηλος *B*. 455. *E*. 880. 897. *I*. 43. *Λ*. 155. ϑ. 309. π. 29. χ. 165. ψ. 303. ἀϊδήλως *Φ*. 220, parasitica spirante *j* adhibita (Curt. p. 605 sq.), sicut ζορκὰς ap. Herodot. IV. 192 iuxta δορκάς ib. VII. c. 79; de ζάπεδον ap. Xenophanem, quam formam „Doricam vel Aeolicam" non iusto inlatam esse a scriba in carmen poetae Colophonii atque similiorem adiectivo quam substantivo esse Hermannus dixit in Antiquit. stud. diar. IV. (1837) p. 321, Doederleinius autem in gloss. vol. III. p. 255

s. n. 2343 secundum Hesychium Pottium alios pro **διάπεδον** interpretatus est, dubitavit Ebelius in Kuhnii ann. VI. **p. 80**, qui ζ e δ natum rectius posuisse videtur; δάπεδον est *Δ*. **2.** δ. 627. κ. 227. λ. 419. 576. ρ. 169. χ. 188. 309. 455 (cf. **Hartel.** p. 394); ἐπιζάφελος tamen *I*. 525 et ἐπιζαφέλως[15]) *I*. **516.** ζ. 330, quod cum ἐπὶ et ζα- esse conpositum Herodianus π. καθ. πρ. I. p. 233 et π. Ἰλ. II. p. 67 sibi persuasit, **cum veriloquium** nondum sit enodatum (cf. Doederl. III. p. 230. s. n. **2296** de διαφέλειν derivantem), atque ἀζηχής *Δ*. 435. *O*. 25. 658. *P*. 741. σ. 3, quod Doederl. II. p. 279. s. n. 890 nimirum in ἀδιηχής dissolvit contorte interpretatus quem secutus est Ameis. p. 30, praetermittere satius duco. Fatendum autem est in Iade hunc transitum solitarium esse. — Apud Homerum quidem saepissime adhibitum est praefixum ζα- extra conpositionem inusitatum, quod pro μέγα vel πολὺ est grammaticis atque alterum ἀρι- vel ἐρι- aequiperat, cuius vulgaris forma erat δια- (cf. quae posteriores praebent διάκοπρος διαμμός διανθής διάπυρος, et Alcaicum ζάδηλος fr. 18, 8 cum Homerico διεδηλήσαντο ξ. 37). Quare grammatici iam de Aeolismo cogitarunt, inter quos audias Et. M. auct. p. 407, l. 6 sic disputantem: ζάθεος — *Αἰολικῶς γέγονεν· οἱ γὰρ Αἰολεῖς τὸ διὰ ζα φασί*, l. 17 ad ζάκοτος· *ἡ διὰ - πρόθεσις — τρεπομένη ὑπὸ Αἰολέων γίνεται ζα- ὡς διαφλεγὴς ζαφλεγής, — διαμενὴς ζαμενής*, quibus male Ahrensius, Hartungium de particulis l. Gr. I. p. 350 ζα- cum ἀγα- conponentem perperam secutus (I. p. 46, in gramm. dial. Attic. et Hom. §. 127. n. p. 166), fidem denegavit. Equidem adiectiva ζάθεος ζάκοτος ζατρεφής ζαφλεγής ζαχρηής ζαής[16])

---

15) Scribebatur ἐπιζαφελῶς qui accentus omnino ratione caret, cf. Herodian. π. καθ. πρ. I. p. 233, π. Ἰλ. II. p. 67, Buttmann. gr. Gr. II. p. 335. n., Goettling. de acc. p. 334; recte igitur contra Aristarchi et quae eum iusto plus secuta est paradosis auctoritatem (v. Lehrs. p. 259) Bekkerus cum Herodiano (v. schol. Pal. ad ζ. 330. π. Ὀδ. πρ. II. 146) mutavit.

16) Hoc recte additum esse docent Hesychii glossae Cypricae ζάει· βινεῖ καὶ πνεῖ vel σφοδρῶς πνεῖ et ζαέντες· πνεόντες quas Schmidtius recte pro διάει (διάησι) et διαέντες esse vidit, Curt. p. 564 (cf. contra διάησι διαπνεῖ et Hom. διάη vel διάει ε. 478. τ. 490) et ζαής· μεγάλως πνέων, πολύπνους. Inmerito ergo Lobeckius in elem. path. I. p. 100, parall. p. 158 haesitans simplexne esset ζάει ζαέντες ζαής an conpositum ut ζαβάλλειν

confidenter ex Aeolica poesi remansisse (cf. part. alteram) contenderim, etsi Alexandrini his quattuor vulgarem accentum inposuerunt, itaque omnia Ionica esse iudicarunt. Maxime autem in his Aeolismis conlocatio evincit speciem formularum; constanter enim *ζάθεος ζάκοτος ζαής* a secundi pedis thesi incipiunt atque *ζαχρηής ζαφλεγής* initium versuum obtinent, cum solum *ζατρεφὴς* bis cum illis, identidem cum his faciat:

Κίλλαν τε ζαθέην Α. 38. 452.	*ζαχρηῶν ἀνέμων Ε.* 525.
Νῖσάν τε ζαθέην Β. 308.	*ζαχρηεῖς τελέθουσι Μ.* 347. 360.
Κρῖσάν τε ζαθέην Β. 520.	*ζαχρηεῖς γίγνοντο Ν.* 684.
Φηράς τε ζαθέας Ι. 151. 293.	*ζαφλεγέες τελέθουσι Φ.* 465.
ἅς τ' ἄνεμος ζαής Μ. 157.	
ὡς δ' ἄνεμος ζαής ε. 367.	
ὦρσεν ἔπι ζαῆν ἄνεμον μ. 313.	
φαίης κε ζάκοτον Γ. 220.	
ταύρων ζατρεφέων Η. 223.	*ζατρεφέας (φῶκας) δ.* 451.
αἰεὶ ζατρεφέων σιάλων ξ. 19.	*ζατρεφέων αἰγῶν ξ.* 106.

Omisi *Κυθήροισι ζαθέοισι Ο.* 432 in fine positum quam clausulam praebet versus 192 Hesiod. Theog., cum formula omnino perversa sit; epitheton igitur Cillae, urbis Aeolicae in Troade sitae (v. Herod. I. c. 149), proprium nescio an e primo carmine idque subsequente priori parte quam Lachmannus posuit a poetis catalogi ad Boeotic. Nisam et Phocic. Crisam atque a recenti auctore octavi carminis (cf. Lachm. Betrachtung. p. 26) ad Messen. Pheras translatum sit, in Odyssea autem vox quae granditatem quandam redolet et habet augusti speciem, nulli urbium nomini addita est. De Aeolica forma *ζάην* v. §. 13, 8.

Neque eam opinionem inpediunt quae alia apud alios poetas leguntur: *ζαμένησε* Hes. th. 928, *ζαμενὴς* hymn. in Merc. 307, Pind. N. IV. 13, Soph. Ai. 137, *ζαπληθὴς* Aesch. Pers. 316, Antipat. in Anth. Palat. VII. 75, 1, *ζάπυρος* Aesch. Prom. 1084,

---

illam rationem praetulit, quia neque praepositio ζα- reperiretur cum vocali verbi confluens nisi forte in sermone plebeio, neque α longum, quod idem haberent non contracta εὐᾱής δυςᾱής, quicquam indicaret. Probavit autem conpositionem Herodianus et auctor Et. M. atque dubitationes aegre tulit Christius p. 151.

ζάχολος in adesp. hymn. Anth. Pal. IX. 524, 7, ζαχρεῖος Theocr. 25, 6, ζάχρυσος Eurip. Alc. 501. Iph. Taur. 1111. Anon. Rhes. v. 370. 439, ζάπλουτος (= διάπλουτος E. M. 407, 7) Eur. Andr. v. 1282, adeo Herod. I. c. 32 (cf. Steinii adn.) qui nonnumquam poetarum vocum amator deprehenditur, ζαφόρος ζαφεγγής Hesych.; haec quidem omnia — Lobeckius parall. p. 158 communem dixit morem ζα- pro δια- usurpandi — ad Homericorum carminum imitationem referenda vel ad eorum analogiam conformata esse habenda existimo; vox tamen ζάκορος ex Menandri Leucadia (cf. Meineke, fr. c. G. v. IV. p. 160 ed. mai.) servata, ad quam in E. M. p. 407, 28 Ἀττικῶς καὶ Αἰολικῶς adscriptum est, si recte M. Schmidtius in Kuhnii ann. v. IX. p. 367 ζακόρεια θυσία Ἀφροδίτης = διακόρεια ex Hesychio ad Cypricam dialectum remisit, fortasse eadem fuit Cyprica. Neque multum nominibus propriis non Lesbiacis Ζάλευκος et Ζάκυνθος quod Curtius p. 564 Aeolice pro Διάκανθος („voll von Bärenklau") positum esse suspicabatur efficitur; in hac autem enucleatione id mirum est, quod Z initiale simplicis solum sibilantis vice fungitur neque usquam vocalem antecedentem producit (cf. Saguntum): B. 634. α. 246. ι. 24. π. 123. (τ. 131) π. 250 (cf. Christ. p. 87. 146. Hartel. p. 410 sq.); vocalem etiam Aeolicam υ pro α sine iusta causa in voce Ὄλυμπος (λαμπ-) esse voluit et. p. 250, quod notavit Hirzelius p. 13 not.

Cum pro ζα- bis in Homericis carminibus legatur δα- in δάσκιος O. 273. ε. 470 quod veteres, velut Trypho (v. Ahr. I. p. 107), Aeolicum propter probatam syncopen (e δασύσκιος) esse opinabantur, atque in δαφοινός B. 308. K. 23. Λ. 474. δαφοινεός Σ. 538 quae Aeschylus ex Homerico studio admisit in Pers. 316. Prom. v. 1022, recte dialectorum discrimen intercedere statuitur. Quod vero Ameis. p. 30 ad rem inlustrandam Boeotica Δεὺς δυγὸν contulit quippe ratus illa ab his ad carmina Ionica propagata esse, dubito num apta de causa id voluerit; poterat sane etiam Lacones adferre (Ahr. II. 95); Ahrensius quidem ipse δα quod Αἰολικῶς e ζα repetitur in E. M. 248, 17, ad Boeoticam dialectum retulit p. 175. n. 1. Sed potest Aeolice spirans extrita esse, si Curtium p. 581 Homericum ἰαύω Ξ. 213. O. 325. Σ. 359. T. 71. ε. 154. ι. 184. λ. 260. ξ. 16. 21.

τ. 340. χ. 464. ω. 208 et Sapphicum δαύοις fr. 82 e δjαύω expedientem sequimur vel Christium p. 260 cum hoc ex δϜιαύω petito δαφοινὸς et διαφοινός conparantem; atque ex Iade ipsa quoque ille mos excusationem habet, quem Curtius et Ionicae et Atticae dialecto vindicavit p. 568. 581. Sed haec hactenus.

Aeolicam mutationem ἰδρύω pro ἵζω fictam quae scholiastae cod. Lips. ad *B*. 191 adrisit (Ahr. p. 175, 1), vel paragogen litterae ζ quam schol. ad ψ. 42 et E. M. 168, 15 auctor statuerunt in verbo ἀτύζω, aliasque alucinationes piget recoxisse.

§. 6. De mutarum consonarum mutatione.

Paucissima sunt quae huc pertinent vocabula in quibus apud Homerum Aeolico modo tenues vel mediae vel aspiratae loca inmutasse dicuntur.

I. Tenues:

1) π pro κ. Breviter difficillimam quaestionem ab Ameisio p. 34 iam motam, unde Homerici poetae formas ὁπποῖος ὅππως etc. adscivisse existimandi sint, cum in reliqua Iade ab Archilochi aliorumque iambographorum temporibus (cf. Renner in Curt. Stud. I. 1. p. 154—157) formae multo antiquiores ὅκως ὁκοῖος κοτὲ etc. in quibus originaria gutturalis consona (Curt. p. 417. 425 sq. 446. Bergk. hist. litt. p. 855) haesit usitatae fuerint, tango, de qua nihil enucleavi; certe gutturalis duplicatio ὅκκως pro ὅ-κϜως (cf. lat. quis got. hvas) nusquam deprehenditur, praeter Tarent. ἴκκος pro ἵππος (Curt. p. 416. 421).

2) π pro τ. Dialecti Graecae linguae eo modo distinguuntur, quo primigenias explosivas consonas emolliebant; sic genuinam gutturalem quam servavit lingua Sanscrita in multis vocibus aliae per dentalismum in τ (Ionica Dorica Attica), aliae (Aeolica Boeotica) per labialismum in π vertebant. Eiusmodi igitur in Homerica elocutione iustus Aeolismus est vox πίσυρες e katvâras formata quam legimus iuxta Ionicum τέσσαρες (cf. §. 15, 2).

Cum item Aeolenses πήλυι pro τῆλοσε pronuntiaverint (Ahr. p. 41. Hirzel. 14), Homericum adiectivum τηλύγετος *Γ*. 175. *E*. 153. *I*. 143. 285. 478. *N*. 470. δ. 11. π. 19, ut et apud veteres et recentiores varias passum explicationes (v. Buttm.

lexil. II. p. 176, Geist. disquis. Homer. in Seebod. et Iahn. ann. vol. suppl. I. (a. 1831) p. 612), ita nondum certo enucleatum, neque cum Lobeckio in parall. p. 119 (v. C. F. Ameis. ad δ. 11 in app. I. p. 43) ab Aeolica forma τῆλυ pro τῆλε, quam Apollonium sibi finxisse Ahrens. I. p. 155. n. 8 indicavit, repetere neque Aeolica υ pro vulg. ο mutatione quam fovebant Ameisius p. 22 et Gelbkius in Curt. Stud. II. p. 19, extricare debemus; egregie profecto Sonnius in Kuhnii ann. XIV. p. 331. n. 1 priorem partem vocis τηλύγετος evolvit conlato sanscr. kârus (= carus) vertens: ‚benvenuto' (Curt. p. 447).

In fine stirpium sicut in ὄπτω pro ὄσσομαι (rad. ὀκ-) aliis, labialismus in voce πέμπε Aeolica cuius genetivus πέμπων ap. Alc. fr. 33, 7 legitur (Ahr. I. p. 128) conspicuus est pro vulgari πέντε. Hanc ob causam Homericum πεμπάσσεται ϑ. 412 apud schol. *E* quidem falso Doricum (Ahr. II. p. 80) sed apud schol. P. et Q. Aeolicum audit, quod rectius sit, equidem tamen confirmare non ausim. Neque enim hic labialismus certo dialectorum vinculo coerceri videtur, cum πεμπάζω vel ἀναπεμπάζω vulgare sit apud Aeschyl. Eum. 748. πεμπαστής Aesch. Pers. 981. πεμπὰς apud Platonem et Xenophontem, utrumque sane poetarum in elocutione imitatorem, sed πεντάζω et πεντὰς apud Plutarchum demum posterioresque deprehendatur. Idem valet de πεμπώβολον *A*. 463. γ. 460, ubi Pseudo-Herodotus, de vit. Hom. c. 37 in Westermanni Biogr. p. 20 et Eustathius p. 135, 38 „*Αἰολικὴ λέξις καϑὰ ἡ χρῆσις*" adnotaverunt; Cumaei scilicet veru quinque dentibus instructo in sacrificiis usi esse dicuntur, quod Ameisius p. 29 commentum iure putat. Sed Aeolismo non obstat levis auctoritas qua ὀβελὸς traditur Aeolice ὀδελός fuisse, cum Doricum sit (v. Ahr. I. p. 42. II. p. 81) atque in grammaticorum sententiam facere potest conlatio Sapphici πεμπεβόηα fr. 98, 2 et Attici πεντώβολον (apud Rangabéum, antiquités Hellén. I. p. 47. n. 56. *A*. 45. 57. *B*. 14 exstat πεντόβολον), quod ut idem est vocabulum ita aliam adscivit notionem (quinque oboli); ceterum semper Attici πεντα- vel πεντε- in conpositione adhibuerunt, apud Pindarum sane etsi Dores cum Atticis conspirant, legimus πεμπάμερος fluctuante codicum lectione Ol. V. 6. Rem igitur in suspenso relinquo.

II. Mediae. γ vel δ.

Inter formas κνέφας quae saepius est in carminibus Homericis, γνόφος ab Aristotele primum usurpatam, δνόφος et Aeschyleam (Choeph. 52. cant.) et Simonideam et apud Homerum in adiectivis δνοφερὸς *I.* 15. *Π.* 4. *ν.* 269. *ο.* 50 et ἰοδνεφής *δ.* 135. *ι.* 426 conspicuam, ζόφος huic usitatissimam, quae parem habent significationem, intercedere dialectorum discrimen grammatici veteres et recentiores recte iudicant, tamen quale sit ponendum neque testimonia neque tituli ostendunt, cf. Curt. p. 487. 658. Herodianus igitur π. ὀρθογρ. II. 487, 18 pro γνόφος Aeolenses dixisse δνόφος ἀπὸ τοῦ δονεῖσθαι τὰ νέφη opinatus est, quod Hesychius s. v. δνοφερὸν repetiit; hoc quidem testimonio fretus Ameisius p. 36 voces Aeolicas esse somniavit atque grammaticis δνόφος Doricum vocantibus, quibus Ahrens II. p. 109 (v. p. 80. n. 1) propter Creticum ἀδνὸν pro ἁγνὸν positum (cf. Curt. p. 658. n.) credidit, denegavit fidem. Sed primum usus vocis δνοφερὸς quae est ut taceam de tragicis, apud Hippocratem (v. Passovii l.), eius opinioni refragatur, tum suspicio non reprimitur, Herodianum vel qui auctor fuit, in futili originatione de Aeolica syncope cogitasse pro δονόφος vel simili. Mire autem Pottius etym. Forsch. II. p. 807, quem laudat Savelsbergius in Hoeferi ann. doctrin. linguae III. p. 99, δνόφος et ζόφος cum δα et ζα- conposita esse voluit (= ζ(ν)όφος). Magis fortasse γνόφος, quod Heraclides ap. Eust. 1722, 24 Αἰολικὸν nominavit propter pleonasmum litterae γ, Ahrensius vero p. 73 Aeolice euphoniae causa pro rudiore δνόφος positum existimavit, confirmatur Aeolica forma γνόφαλλον (cf. Buttm. gr. Gr. I. p. 102), in qua item γ ex κ mitigatum est (v. κνέφαλλον, Curt. 487); sed mutatio quae nasalis vi efficitur singularis est. Itaque de hac re nihil constat neque quisquam demonstret, δνοφερὸν ab Iadis consuetudine alienum esse.

III. Aspiratae: φ pro θ.

Multo certius de hac Aeolica mutatione diiudicari potest (cf. Ahr. I. 42. Curt. p. 442). 1) Luculentum autem Aeolismi exemplum est vox φὴρ pro θήρ, quae in nominis proprii vim se corroboravit de Centauris posita: φηρσὶν ὀρεσκῴοισι *A.* 268. φῆρας *B.* 743; item Pindarus P. III. 4. IV. 119. fr. 147 Φὴρ

pro ϑὴρ dixit Aeolice, ubi de centauro sermo est (v. Peter d dial. Pind. p. 20); sed alias ubi de bestiis agitur et Homeru vocem ϑὴρ adhibuit et Alcman in fr. 60, 4: ϑῆρες ὀρεσκῷοι ceteroqui eiusmodi Aeolismorum amator (cf. φοίναις pro ϑοίναις fr. 24, 1 πολύφοινος e Bergkii coniectura fr. 34, 2, Ahr. II. p. 81, de mistione dialectorum apud lyricos p. 68/9). Ahrensius vero I. p. 219 vocem Thessalicam habuit quia Centauri in Thessalia habitabant, atque Ameisius p. 30 fabulas de iis vulgatas a Thessalis ad Iones esse propagatas censuit. Sed Thessalismus non magis placet quam Aeolismus; certe erat apud Aeolenses quoque et fabula et vox, ita ut de ea non aliter iudicandum sit quam de reliquis; cf. Hesychii glossam φῆρες οἱ Κένταυροι Αἰολικῶς, et φηρία ϑηρία Αἰολεῖς; v. Herodian. II. ὀρϑογρ. II. p. 599, 2 et schol. L. ad *A*. 268.

2) Pari modo legebatur ρ. 221 φλίψεται, nunc vulgari verbo ϑλίψεται oblitteratum, quod et apud Homerum et apud Theocritum (φλίβεται 15, 76) [Eustathius p. 101, 46. 1817, 33 (cf. schol. cum Buttmanni adn.) planis verbis inter Aeolismos retulit. Scholiastae autem testimonio corrupto opem adtulit Duentzerus de Zenod. stud. Hom. p. 60, cui recte adstipulatus est Schmidtius Didym. p. 209. Scilicet Zenodotus probavit formam Aeolicam quam reperit, Aristarchus nimirum Atticismi studiosus praepropere eam eliminasse evidenter deprehenditur; sane metrum non formam postulavit. Quo nunc iure post Wolfium recentiores eam expunxerint non patet nisi ex Aristarchomania. (c. Osann. An. p. 286. Ribbeck. in Iahn. ann. v. 66. p. 11).

3) Contra semper ϑλάω apud Homerum est, pro quo φλάω Aeolicum fuisse perperam Gregor. Corinth. de dial. Aeol. §. 41. p. 614 et gramm. Meermann. p. 641 testantur, cum esset Ἀττικόν, contra ϑλᾶν Ἑλληνικόν (v. Moerin p. 392. Eust. p. 102. 1039. Lobeck. Rhemat. p. 30. Passov. s. v. φλάω); φλάω etiam ex Hippocrate quem pura Iade usum esse neque alienas formas inmiscuisse constat (v. Giese. p. 153) adfertur. —

Ad ἄκμηνος σιτοῖο *Γ*. 163 (297. 320. 346) schol. *B* adscripsit: ἀκμὴν Αἰολεῖς τὴν ἀσιτίαν, quod quo iure dictum sit indagare nequeo ne veriloquium quidem perpectum habens.

Fortasse illud commentum de diverso usu est propter litterarum mutationem positam; veniat enim in mentem alicui Creticam glossam quam M. Schmidtius vol. I. p. 555 restituit: *ἀχμηνός· ἄσιτος* pro *ἄκμηνος* respicienti tenuem pro aspirata ei Aeolicam esse visam (cf. Ahr. I. p. 43); sed huic suspicioni nihil tribuere praestat.

§. 7. De liquidarum geminatione.

Nunc transeo ad eas formas Homericas quae aut recte aut perperam ex Aeolensium insigni liquidarum duplicatione repetuntur. Notissimum enim est apud eos in mediis vocibus, in quibus liquidae cum spirantibus *σ*, *j*, *F* concurrebant quae in reliquis dialectis evanescentes antecedentis syllabae vocalem producebant, constanter adsimilationem factam esse, nisi *α* vocalis adfuit ante liquidas (Ahr. I. 55); vocales igitur quae ante consonarum adfectionem fuerant integrae remanserunt[17]), qua de re optime disseruit Hirzelius p. 29—32. Cum sic Aeolicam rationem artioribus cancellis describamus, patet nullo modo duplicationem liquidarum quae est post vocales protheticas velut augmentum aut in commissura duarum vocum conpositarum huc posse referri. Grammatici videlicet ut mutarum ita omnem liquidarum geminationem ex Aeolico usu derivandam esse inepte autumabant, in quam rem libeat Gregorium Corinthium de Aeol. dial. §. 34. p. 609 loquentem audivisse: *οὗτοι πάντα τὰ σύμφωνα διπλασιάζουσιν ἐπὶ τῶν βραχέων· ὡς τὸ ἔννεπε, ἔννη, κέννος, καὶ τὰ ὅμοια.*

Quamquam *ἔννη* Sapphicum pro imperfecto verbi *νέω* vel *νῆμι* = *ἔ-σνη* recte se habet (Ahr. II. 504), tamen ea causa apud Homerum non sufficit ut *ἔννεον* *Φ*. 11, quod falso Hoffmannus in Iliadis libris *Φ* et *X*. a. 1864 editis I. p. 260. II. 8

---

17) Egregie falsus est O. Schneiderus in Callimach. I. p. 314 qui in ἔστελλα ὀφέλλειεν μέλλιχος χέλλος ἐλλαπίνα vocalem liquida geminata correptam origine longam fuisse disputavit; sed recte vidit ἀνθέλλετο quod cod. in hymno in Del. v. 248 praebent defenditque Meinekius utpote Aeolicum cum iis nequire conferri; scilicet vulg. εἶλον est pro ἔFελον atque ἀνθείλετο esset Aeolice ἀντήλετο (cf. ἦχον Ahr. I. p. 90); v. ἔλεν Sapph. 51, 2. ἔλετο (sic B!) Alc. 68. παρελόμενος ap. Conzium XII. A. 7.

contra veterum auctoritatem ex ἐνένεον contractum, ineptius etiam Duentzerus in Iahn. ann. v. 95. p. 370 pro ἔνεον utpote arsis vi productum esse voluerunt, ex ἔ-σνεον ortum (cf. Kuhn. in ann. II. p. 263. Curt. et. p. 297. de verbo p. 113. 222. Rumpf in Iahn. ann. v. 93. p. 75. Christ. p. 80. 85. 274 alios) aut ἔμμορε quod Aeolicum audit in An. Ox. III. p. 264, 1 pro ἔ-σμορε (Curt. p. 309. Ahrens. gramm. §. 85. n. 3. p. 108, v. Buttmann. gr. I. p. 316) Aeolicum esse iudicemus, cum ea ratio nihil aliud redoleat nisi antiquitatem sicut in ὅσσος μέσσος ὅππως etc. Ceterum non ignarus sum alios ἔμμορα εἵμαρμαι (cf. Aeol. μέμορθαι Ahr. I. 147) e metathesi pro μεμ- explicare maluisse Pottium II. p. 388 Doederleinium in gloss. II. s. n. 576 Brugmanum in Curt. Stud. IV. p. 102; quae disceptatio nostram rem minime tangit. Sunt vero etiam formae ἔλλαβε quae Aeolica fuit auctori π. Ὁμήρ διαλ. p. 478 ἔμμαθε aliae quibus prorsus non quantum scimus inhaesit duplex consona; adhuc autem lis est utrum eae e falsa analogia (v. Curt. Erl. p. 43, Stud. IV. 479) an e continua liquidarum pronuntiatione (v. Hartel. p. 396) duplicatam habeant consonam; sed temere Christius p. 83 ut alios mittam, propter ipsum Homericum usum ad ficticiam formam ἔγλαβε confugit, v. Brugmanum p. 123.

Item in commissura geminatio non debet Aeolica vocari. Nam ἔννεπε quod simplex esse inter recentiores Buttmannus lexil. I. p. 270 Bekkerus sched. Hom. I. p. 164 Larochius p. 256 frustra defenderunt pro ἐνσέπω exstat (cf. lat. in-sece, theot. segjan, Curt. p. 427); sed cum vis acris sibilantis iam esset labefactata et in spirantis potestatem aboluisset, non poterat servari ἐνσέπω, sed spirans ad antecedentem consonam reclinata et antiquo more adsimilata est. Addo adiectivum ἐννοσίγαιος pro ἐν-Fοσίγαιος (Curt. p. 244. Savelsb. de dig. p. 49) quod Aeolicum vocatur a Diacono ad scut. Herc. 102 ap. Ahr. I. 64. n. 52. Offensio scilicet in eo est quod duas rationes spirantem conpensandi ingressi sunt poetae Homerici: adsimilatum *F* deprehendimus in ἐννοσίγαιος (semel et vicies in Iliade, quinquies in Odyss.), extrusum autem sine conpensatione in ἐνοσίχθων (ter et vicies in Il., duodevicies in Od.), contra productionem efficiens Ionice in εἰνοσίφυλλος *B*. 632. 757. ι. 22,

sicut etiam formae ἔννεα (v. Christ. p. 34) εἴνατος ἔνατος fluctuant; Hesychius quidem ἔννοσις ἐννοσίχθων ἐννοσίφυλλος servavit. Quam inconstantiam diverse viri docti explicare vel effugere studuerunt. Audacissime autem Bekkerus qui in carminibus Homericis formarum aequabilitatem nimis adfectavit (v. sched. Hom. I. p. 212: die homer. Sprache braucht gleichbedeutende Formen nur dann neben einander, wenn sie dem metrischen Gehalte nach verschieden sind), cum Ias syllabam productam εἰν- postularet, propter εἰνοσίφυλλος singularem cod. Vindob. lectionem ζ. 310 secutus ubique εἰνοσίγαιος restituit (cf. l. l. p. 33. 164), quod sane cum antiquae orthographiae more non pugnat; Lehrsius vero εἰνοσίγαιος propter diphthongorum fere aequisonarum ει-αι viciniam minus placuisse eaque de causa liquidam duplicem esse praelatam imaginatus est. At quis de Graecorum euphoniae sensu ex nostra ratione recte diiudicaverit? Melius Lehrsii opinioni Friedlaenderus in Iahn. ann. v. 79. (1859) p. 824 suspicionem subnexuit, propter ἐνοσίχθων formae sonum fortasse ἐννοσίγαιος dictum fuisse ut pronuntiatio duarum vocum cognatarum concordaret. Plerumque metri causa ii qui priscam litteraturam Ionica mutaverunt pro arbitrio hic adsimilationem illic productionem conpensatoriam adhibuisse putantur (cf. Ahrens. gramm. §. 146. p. 170. Ameis. p. 33), quod praefracte negari nequit. Sed veri simile est non plane pro arbitrio sed secundum traditam pronuntiationem ambigua antiquioris alphabeti signa transposita esse, quare mihi quidem inconstantia illa, qua iuxta antiquius ἐννοσίγαιος simul recentius εἰνοσίφυλλος adparet, transitum quendam ab antiquiore ad recentiorem aetatem elocutionis Homericae videtur indicare. Recte autem Ameisius duplicationem ex Aeolica praepositionis ἐνὶ forma ἐνν- (Ahr. I. p. 56), pro qua Ias praebet εἰν-, repetere noluit; neque vero ad hanc necesse est remittatur εἰνάλιος vel εἰνόδιος, cum ea productio facta esse videatur littera σ quae fuerat in fronte vocum ἅλς (cf. sal, Curt. p. 500) et ὁδὸς (§. 1) extrita, neque ad Aeolicum συνν- pro συνὶ ab Ahr. I. p. 57 propositum (etiam Alcaicum ἀσυννέτημι, v. Bergk. not. ad fr. 18, redit ad ἀσυν-jέτημι; de verbi ἵημι littera initiali v. Curt. in Philol. III. p. 7, et. p. 552) Homericum συννεχὲς *M*. 26. ι. 74

quod servatum est in cod. Ven. *A.* (Laroche p. 354), vel vulgo scriptum *συνεχὲς* relegandum est quia verbi *ἔχω* spirans, cuius vis apud Homerum non torpuerat (v. §. 12, 2), antiquo, non Aeolidis proprio modo adsimilationem vel vocalis productionem effecit; cf. praeterea Hartel. p. 455. 457. — Sed ne in mediis quidem vocibus hanc consuetudinem Aeolicae dialecti finibus coerceri docent verba *ἔννυμι* pro *ἕσνυμι* (Ahr. I. p. 52) *κρεμάννυμι* pro *κρεμάσνυμι βάλλω ἄλλομαι ναυτίλλομαι στέλλω ὀφέλλω* (augeo) pro *βάλjω* etc. (v. Curt. de tempor. et mod. p. 98), fortasse *ἔρρω* in quo quid sibi velit duplex *ρ* ambiguum est (Curt. de verb. p. 207), et n. p. *Βορρᾶς* pro Ionico *Βορέης* (i. h. pristino *Fόρjας* ut Curtius p. 325. 555 coniecit). *'Οφέλλω* quidem quod significat „debeo" et *ἔρρω* grammatici ad Aeolidem revocare moliti sunt; hoc igitur grammaticuli quorum doctrinam Eustathius p. 1648, 12 (756, 32 adfert Ahrens I. p. 53. n. 11) adripuit, Aeolicum pro *εἴρω*, nimirum Aeolica aphaeresi pro *φθείρω* esse ineptius statuerant, quibus Herodianus verbum unicum esse notans adversatus est *π. καθ. πρ.* I. p. 452/3 (v. *π. μονήρ. λέξ.* *B.* 43, 10. II. p. 948/9): *εἴπερ οὖν Αἰολικόν, ζητητέον τί αὐτοῦ ἦν κοινόν, οὐ γὰρ αὐτὸ τὸ φθείρω ὡς οἴονταί τινες.* — Pro vulgari autem *ὀφείλω* quod, non per epenthesin litterae *j* sed per productionem suppletoriam ortum, posterior usus adhibuit, ut quae Curtii sententia est p. 630, a verbo aequisono *ὀφέλλω* (augeo) posset distingui (cf. Brugman. p. 121. 126), saepissime in Homericis carminibus legitur antiquior et iusta forma *ὀφέλλω*: *χρεῖος—ὀφέλλεται γ.* 367. *μοιχάγρι' ὀφέλλει θ.* 332. *ζωάγρι' ὀφέλλεις θ.* 462. (in fine versus bis) *χρεῖος, τὸ — ὄφελλεν φ.* 17 et imperfectum *ὄφελλεν* (= debebat) *A.* 353. *ὀφέλλετε T.* 200. *ὄφελλον θ.* 312. *ὤφελλον Z.* 350. *ὡς — ὤφελλον Ω.* 764. *ὤφελλες δ.* 472. *αἴθ' ὤφελλες Ξ.* 84. *ὤφελλε Σ.* 19. *P.* 686. *αἴθ' ὤφελλ' σ.* 401. *ὡς ὤφελλ' H.* 390. *ξ.* 68. *ὡς ὤφελλε X.* 481, (cf. Buttm. gr. II. p. 261. Matthiae. gr. §. 245. I. p. 629. C. F. Ameis in app. I. p. 39 ad *γ.* 367) iuxta aoristum *ὄφελον ὤφελον* etc. (cf. imperfectum *ὄφειλεν* ap. Hesiod. *ε.* 174). Scholiasta videlicet cod. *A* ad *A.* 353 adscripsit: *ὄφελλεν· ὄφειλεν Αἰολικῶς ὡς χεῖρες χέρρες;* etiam Matthiae p. 630 de Aeolica pronuntiatione cogitavit atque agnovit Aeolismum Ribbeckius in Iahnii ann. v. 66. p. 11 lo-

cutus hunc ne Aristarchum quidem sustulisse. Potest sane Aeolicum esse pro ὄφείλω, tamen sana Aeolismi causa non magis adest quam in vulgaribus βάλλω στέλλω et poetica voce ὀφέλλω (augeo) (praesens adhibuit Hesiodus ὀφέλλει ε. 14. 412. ὀφέλλῃ ε. 495. ὀφέλλοις ε. 33. imperat. ὄφελλε ε. 213 semper in fine, Aeschylus ὀφέλλεται Sept. 193. 249, Pindarus ὀφέλλειν P. IV. 260, Theocritus 17, 78 ὀφελλόμεναι, adeo ὄφελλε 25, 120 quod iuxta ὤπασε pro aoristo habendum est; praebet etiam Hipponax vocem), quam ipsam Aeolismo tribuere possis (cf. infra). Sed ὀφέλλω fortasse antiquior et Ionica forma erat pro recentiore ὀφείλω. Atque cum haec ipsa apud Homerum ex Aristarchi recensione ter reperiatur in eodem carmine: χρεῖος ὀφείλετ' Λ. 686 = 698. χρεῖος ὄφειλον Λ. 688, puto, servanda est praesertim cum Lachmannus hanc partem interpolatoribus esse tribuendam scite perspexerit, qui facillime iuniorem suae aetatis formam inopinantes contra antiquorum poetarum usum poterant admovere. Quare valde ambigo num recte Buttmannus in gramm. II. p. 261. not.*) sic pronuntiaverit: ‚dass dies Verbum bei Homer bald ὀφείλω, bald ὀφέλλω geschrieben wird, ist natürlicherweise ein alter Ueberlieferungsfehler' atque etiam in his tribus locis ὀφέλλω scribendum proposuerit, quod nunc recepit Bekkerus in altera editione atque olim Curtius de tempor. et mod. p. 92 probare maluit, etsi ι post λ positum epenthesin passum esse in hac voce ipse (sicut Christ. p. 51) crediderat; fuisset scilicet genuina diphthongus per *EI* scribenda.

Certa igitur exempla sunt haec

I. progressivae adsimilationis:

Optat. aor. qui σ consonam propriam habuit, legitur ὀφέλλειεν πόνον αἰπύν Π. 651 et ὀφέλλειεν πόνον ἄμμιν β. 334 extremis in versibus pro genuino ὀφέλσειεν vel vulgari ὀφείλειεν, quod vidit Buttmannus in gr. Gr. II. p. 262 opinatus hoc a rhapsodis evitatum esse quia de ὀφείλω potuisset cogitari; diserte autem Lobeckius ad l. et Ahrens. in gramm. §. 62. n. 1. p. 79 Aeolismum agnoverunt. Sed mirum est quod etiam aliae formae eiusmodi adparent. Iam Curtius in Iahnii ann. vol. 67 (1852) p. 15 ἐξώφελλεν ο. 18 pro aoristo interpretatus huc retulit; atque Β. 420 πόνον δ' ἀλίαστον ὄφελλεν iuxta aoristum

ἔδεκτο et π. 174 praeter θῆκ' legimus δέμας δ' ὤφελλε καὶ ἥβην, ubi licet non pro certo confirmaverim aoristos praestat intellegere; sed Homerum sane Theocritus 25, 120 imitatus est qui post ὤπασε statim ὄφελλε adhibuit Homericam vocis sedem post τρίτον τροχαῖον usitatam (ὀφέλλει Γ. 62. Τ. 242. ὀφέλλεμεν Π. 631. ὀφέλλειν ο. 21. ὀφέλλωσιν Α. 510. ὀφέλλουσα Δ. 445. ὀφέλλετο Ψ. 524. ξ. 233; solum O. 383 praeter B. 420 in fine est) observans; etiam in versu A. 510: ὄφρ' ἂν 'Αχαιοὶ |υἱὸν ἐμὸν τίσωσιν, ὀφέλλωσίν τέ ἑ τιμῇ aoristi coniunctivus solus aptus est.

II. regressivae adsimilationis:

1) In adiectivis ex stirpibus in ες derivatis et suffixo -νος formatis vulgo littera σ explosa productio, apud Aeolenses vero spirantis labentis adsimilatio facta est, cf. de ὄρεννος φάεννος Ahr. I. p. 52. Iure igitur v. d. de mistione diall. p. 65 χρυσοφαέννων inter Anacreontis, p. 72. de dial. Aeol. p. 284 φαεννός κλεεννός κελαδεννός inter Pindari Aeolismos enumeravit (cf. Peter de dial. Pind. p. 17). Homericus autem usus ut semper φαεινὸς et κελαδεινὸς ita tamen ἀργεννὸς Γ. 141. 198. Ζ. 424. Σ. 529. 588. ρ. 472 (cf. ἀργεσ-τής) et ἐρεβεννὸς praebet E. 659. 864. N. 425. 580. X. 466 post penthemimerin, Θ. 488. I. 474. X. 309 in fine versuum (cf. ἔρεβος v. Ahr. in gramm. §. 141. p. 177 et Leskien. in Curt. Stud. v. II. p. 101); in Odyssea non exstat neque unquam reperitur ἀργεινός neque ἐρεβεινός quod conspiraret cum ἐλεεινός αἰπεινός πετεεινός ἀλεγεινός ἐρατεινός aliis. Herodianus quidem quamquam saepius de Aeolicis formis φαεννός φωτεννός κελαδεννός mentionem fecit (π. ὀρθογρ. p. 532, 17. 597, 14), tamen π. καθ. πρ. I. p. 175 vulgarem probavit earum accentum. Duae vero quas posui Aeolica vestigia habenda sunt, inter quae ἀργεννὸς Aeolico nomine 'Αργεννόεσσαι pro vulg. 'Αργινοῦσσαι testato (π. παθ. II. p. 477, 27) confirmatur, cf. Doederlein. gloss. Hom. I, p. 211. n. 325. et Ahrens. in gramm. l. l. Ubi autem Pindarus et Attici tragici (v. φαεννὸς Soph. Ai. v. 843, Eur. An. v. 1086. 1146. Bacch. v. 631. Cycl. 353, Anon. Rhes. v. 59, cf. Gerth. diss. de dial. tragic. in Curt. Stud. v. I, 2. p. 268, ἀργεννὸς Eur. Iph. Anl. v. 574, alia) Aeolicam formam adhibuerunt, ibi eos orationem vel ad Homeri vel Aeolicorum

lyricorum elocutionem adcommodasse non inmerito accipias. — Sed ἐραννὸς I. 527. 573. η. 18 quod redit ad stirpem ἐρας- in ἐρασ-τὸς perspicuam, quia Aeolica exempla vocalem α prae se ferentia desunt, vulgare esse statuo.

2) Aeolica pronomina ἄμμες et ὔμμες e sanscr. formis asmat et jusmat orta cum etiam in Ionicis carminibus saepius locum habeant; ex Aeolica poesi remansisse cuivis, spero, verisimile est, cf. Giesium p. 196. Locos indicabo §. 14.

3) Neque alia condicione utitur infinitivus verbi substantivi ἔμμεναι Aeolicus ex ἔσμεναι natus pro quo ex Ionica ratione exspectet aliquis εἴμεναι (v. Ahrens. de coniug. in μι Hom. p. 31) Ionibus tamen ignotum. Servatus videlicet est iuxta εἶναι ἔμεναι ἔμεν propter commoditatem quam versui dactylico praebuit:

Α. 117. 287. Β. 129. 216. 249.	α. 33. 172. 217. 233. 377. β. 142.
783. Γ. 44. 220. Δ. 142. Ζ. 208.	δ. 98. 387. 667. ζ. 43. 200.
444. 488. Η. 75. Θ. 246. Κ. 562.	η. 322. ϑ. 181. λ. 237. 493.
Λ. 784. Μ. 260. Ν. 269. 631.	μ. 275. ν. 249. ξ. 189. π. 58.
817. Ο. 112. Π. 144. Ρ. 27. 131.	224. 475. ρ. 196. 352. 416.
171. 367. 548. Τ. 96. 391. 416.	σ. 218. 261. 354. 382. τ. 385.
Φ. 186. 405. 463 (570). Ψ. 459.	591. υ. 35. 90. φ. 332. 335.
470. 619. 791. Ω. 259 (615).	ψ. 125. 135. ω. 25. 224. 269.
	270.

παρέμμεναι Σ. 472. δ. 640. ἐξέμμεναι Ζ. 100. μετέμμεναι Σ. 91. Diphthongus autem finalis elisa est ante vocales in ἔμμεν' Σ. 364. ξ. 332. π. 419. τ. 289. χ. 210, ubi apostrophum libris constanter traditam Ahrensius in l. diss. p. 10, 31, cum terminationem infinitivi -μεν apud Homerum non legi nisi pone brevem syllabam observasset, iure strenue defendit eandem in S. fr. 2, 2 ἔμμεν' e libris revocans (v. I. p. 146); cur vero nunc prorsus neglegatur non adsequor; certe enim quod Pindarus Ol. VII. 56. XIII. 62. P. IV. 98. VI. 42 (v. Peter p. 65 not.) ἔμμεν ante consonas conlocare ausus est, inde non efficitur in Homericis carminibus apostrophum esse exterminandam neque quia ἔμεν ea caret τ. 64. 191 (v. Bekker. in censur. Wolf. Hom. = sched. Hom. I. p. 44). Credo igitur Aeolicam formam ἔμμεν' a poetis Homerum imitantibus interdum non recte esse adhibitam. Tamen displicet mihi alia Ahrensii opinatio quam in Philol. vol. III.

p. 231 ‚de hiatu apud elegiacos Graecorum poetas antiquiores' disputans his verbis in medium protulit ad Theognid. v. 960 (de quo videsis Rennerum Stud. I. 2. p. 52): ‚apud Homerum quidem ἔμμεν scribitur, non εἶμεν. At ἔμμεν, cum geminata littera μ Aeolicam dialectum prae se ferat, nihilominus non est Aeolicum; nam Aeoles infinitivi terminatione -μεν nusquam usi sunt. Quare ipsum Homerum εἶμεν pronuntiasse existimo. In antiquissimis autem libris fuerat *EMEN*, quod utroque trahi poterat'. Hoc quidem iudicium si sequimur, sane necesse est idem de ἔμμεναι valeat atque εἴμεναι restituamus quippe Doricum (v. Ahr. II. p. 322). Sed unde, quaeso, formae Doridis propriae in elocutionem Ionicorum carminum inrepserint? At ipse longiorem formam εἴμεναι in suspicionem vocavit. Itaque cum certa argumenta plane desint, opinionem parum stare posse arbitratus Aeolismos defendo.

In eius infinitivi analogiam quod ut detrimentum quod esse videbatur temporis reconcinnarent geminatione, scripserunt ἴμμεναι *Υ*. 365 (Hermannum in opusc. I. p. 242 secuti Bekkerus, v. sched. Hom. I. p. 94 et Dindorfius) ἄμμεναι *Φ*. 70. ζευγνύμμεν *Π*. 145 (v. Bekker. p. 69. Buttmann. gr. I. §. 107. n. 28. p. 515), etymologicis causis inprobandum est atque iam Lobeckio minime adridebat in pathol. elem. I. p. 268. Ἄμεναι igitur a verbo puro derivavit, cum alpha productum contractionis indicium praeberet, pro ἀέμεναι itemque ζευγνῦμεν explicuit quippe a ζευγνύω declinatum; tamen formas in -ύω adiunctas ab Homerico usu et aetate abhorrere Giesius p. 10, 110 recte monuit; brevem autem vocalem υ legimus ζευγνύμεναι *Γ*. 260. ζευγνύμεν *Ο*. 120. Vides igitur vulgarem et legitimam formam ubicunque possit adhiberi; hic tamen noli cum Duentzero in Iahn. ann. v. l. p. 370 metri causa vocalem productam existimare, cum alia etiam explicatio pateat. Nam ad Aeolicae quam vocant coniugationis modum pertinet, modo ζευγνῦμεν' scribas quod Spitznerus probavit Ahrensiusque in l. diss. p. 10 commendavit, similiter atque ἀρώμεναι Hes. ε. 22, quod Lobeckius iam bene cum φιλήμεναι γοήμεναι aliis consentire viderat, ipse quidem ἀρούμεναι contractum pro ἀροέμεναι probans, cf. Buttm. gr. I. §. 105. n. 16. p. 489; paulo aliter Curtius ἀρούμεναι in Kuhnii ann. III.

p. 77 ex ἀρου-έμεναι contractum (cf. et. p. 319) esse voluit, quod etiam in ἴμεναι pro ἱέμεναι de verb. p. 175 accepit. Kruegerus igitur in gr. Gr. §. 37. 3, 1. p. 101. ἐσῑέμεναι χ. 470 contulisse satis habuit atque repudiavit ἴμμεναι Larochius (videsis etiam Hartelium p. 464); ἄμεναι Christius p. 265. longum α habere ex ἄϜμεναι, quod ad antiquam coniugationem vocali copulativa carentem relegavit, accepit fortasse recte nisi ἄμεναι cum ἀρώμεναι ad flexionem in μι spectet, de qua infra dicendum est. v. §. 18. I.

4) Pro vulgari verbo κτᾶσθαι et κτήμων (πολυκτήμων *E.* 613. ἀκτήμων *I.* 126. 268) apud Dores πάσασθαι et πάμων in usu fuerunt (Ahr. II. p. 108. Bergk. hist. litt. Gr. I. p. 57. n. 17). Apud Homerum igitur πολυπάμονος *Δ.* 433 legimus (v. Buttmann. gr. Gr. II. p. 263. n. Ahrens. I. p. 61), quod si recte restitutum est, pro iusto Dorismo Homerico intellegi debet. Neque enim cum Lobeckio facio autumante parall. p. 452, πολυπάμων ab Ionico θεήμων non distare sed ad effugiendam πῆμα nominis similitudinem a poeta Ionice fictum esse (tale discrimen etiam inter θέη et θεὰ ut possent discerni fuisse Dietrichius in Kuhn. ann. X. p. 436 statuit), quia stirps πᾱ nihil ad Iadem pertinet. Sed Dorismos in Homerica elocutione recte se habere mihi nunquam persuadebo. Atque Doricae formae memoria tenuissima est contra antiquam et satis fide dignis codicibus CDEGHLMNOS (v. appar. crit. ed. Larochian. Il. Lips. a. 1873) ab Hesychio aliunde optime testatam scripturam πολυπάμμονος, quae sane exquisitior est quam ut veterum criticorum errore vel lapsu inperiti alicuius librarii textui obtrusa possit videri. Scholia autem *AD* praebent: πάματα γὰρ καλεῖται παρὰ Δωριεῦσι τὰ κτήματα ἐκτεινομένου τοῦ ᾱ, cod. L.: πάμματα παρὰ Δωριεῦσι τὰ κτήματα· ἴσως δὲ καὶ Αἰολικόν ἐστι διὰ τὰ δύο μμ (sic etiam placuit Eust. 493, 44 et Passovio in lex. s. v. πολυπ.). Huius vero memoria hoc loco mihi quidem resuscitanda esse atque contra Ahrensium propter radicem πα in nulla dialecto πάμμα vel πολυφάμμων extitisse posse contendentem defendenda videtur*). Nam cum in lingua Sanscrita et Latina eiusdem

*) Apud alios poetas Dorica forma recta est; quod autem etiam hic codices plerumque μμ praebent, grammaticos et librarios ex Homerica scrip-

stirpis altera forma additamento quodam („Wurzeldeterminativ" v. Curt. et. p. 60—66, comm. quae inscribitur: zur Chronologie der indogerm. Sprachforschung, in act. soc. litter. Saxon. vol. V. (1867) p. 206—211) amplificata adpareat in verbis pat-jê (herrsche) pat-ni (Herrin) atque pot-ens compo(t)s potiri, adeo in ipsa Graecitate in *δεσπότ-ης πόσ-ις* conspicua sit (v. Curt. et. p. 265), non quicquam, credo, obstat quominus Aeolidi stirpem *πατ-* fuisse usitatam concedamus, quae sane segreganda est ab altera Graeca radice *πατ-* verbi *πατέομαι* vel *πασ-* praesentis *πάσσεσθαι* (Hesych.), v. Leskien. in Curt. Stud. II. p. 121. Curt. de verb. p. 315; (*πάσασθαι* = *κτήσασθαι* in libris interdum *σ* duplici scriptum est, vitiose, ut dixit Dindorf. in Thesaur. v. VI. p. 642). Itaque *πα : πατ* conferas cum dju : djut dî : dîp (Curt. p. 222. 63) *αὖ : αὖτ τυπ : τυπτ πα : παθ* (v. Curt. de verbo p. 273. 282. et p. 64), quare *πάμμων* e *πάτ-μων* facillime nasci potuit, (cf. *κάμμορος* pro *κάτμορος*, v. Lobeck. path. I. p. 362). Neque quod solum cum spirantibus liquidae concurrentes adsimilationem passae sunt, id illam derivationem cassam reddit. Haud igitur raro *τ* finale in *σ* mutatum est, cf. *δεσπότ-ης* et *πόσ-ις* alia, de qua re Curtius in Stud. v. II. p. 171 disputavit: ‚der Austausch zwischen T- und S-Stämmen liegt ja auch bei einigen neutralen Stämmen vor: *τερατ* und *τερας*, *κερατ* und *κερας*', egregie explanans vulgarem productionem suppletoriam solam consonis continuis, non explosivis eiectis factam esse (v. Erläut. p. 35). Sed Aeolica dialectus etsi *δ θ* ante *μ*, ut vidimus, minime aversabatur, tamen cum Iade et Atthide *σ* pro antiquo et Dorico *τ* commune habuit (Ahr. I. p. 44); itaque aliquo iure ponere debemus *πάτμων* etiam Aeolice in *πάσμων* atque hoc in *πάμμων* esse transformatum [18]). Moneo autem in plane eandem coniecturam iam ante me alia via Brugmanum in adcura-

---

tura in hunc errorem delapsos esse probabile est; Tzetzes ad Lycoph. v. 354 πεπαμένη adscripsit sic a Bachm. p. 86 emendatus: ἓν μ γραπτέον· οἱ δὲ μεταγραφεῖς οὐκ οἶδ' ὅτι παθόντες δύο μμ γράφουσι, ὡς οὐκ εἰδότες ὅτι δίχα τούτου τὸ πα μακρόν ἐστι.

18) Nescio an huc nomina propria facere possint Πάμμων quo Ω. 250 aliquis Priami ex Hecuba filius adpellatur, atque ab Herod. VII. c. 183 Scyrius quidam notatur, Σαραπάμμων quod M. Schmidt. Did. p. 318 e Paus. V.

tissima 'de Gr. l. productione suppletoria' diss. p. 100 incidisse, qui de Dorico πᾶμα et vulg. πῆμα sic exhibuit: „ex πάτμα et πάθμα antea quam in πάμμα transierunt πάσμα factum esse veri simillimum est", ibidem linguae inconstantiam qua mox τ vel θ ante μ servatur mox in σ mutatur mox productio oritur notans. Hac sane ratione omnis offensio delabitur. Atque vocalem brevem sicut in ἄμμες (v. Gies. p. 147. Ahr. I. 61. Curt. p. 641; stulte Ameisius p. 23 α longum dixit) legimus, quam Lobeckius l. l. n. 79 semper ante liquidam geminatam esse voluerat atque in Aeolide etiam Seidlerus in mus. Rhen. ant. vol. III. p. 180 iam a Boeckhio in c. i. G. II. p. 189 correctus.

Caput secundum.

De vocalibus.

§. 8. De vocalibus brevibus.

Antequam singula exempla adnotabo, in quibus vocalis Aeolicam adfectionem passa est, id cavendum esse moneo ne Graecae linguae libertatem vocales emolliendi varioque colore imbuendi angustioribus finibus describamus neve ea e singularis dialecti consuetudine repetamus quae iam priusquam lingua in dialectos discessit certam speciem adscivisse putanda sunt atque in vulgari sermone erant usitata. Initium igitur capio a vocali

I. α.

A) α servatum pro ε. 1) In adverbiis loci Aeolenses genuinum α retinuisse quod vulgo in ε adtenuatum fuit satis multa exempla certissime docent: πρόσθα ἔνερθα ἄτερθα ὔπερθα ὔπισθα alia (v. Ahr. I. p. 153. Hirzel. p. 9). Unica vero eiusmodi forma in Homericis carminibus reperitur quam ipse Ahrensius primus indicavit in gramm. §. 106. n. 4. p. 138: ὕπαιθα Ο. 520. Φ. 271. Χ. 141 atque loco praepositionis Σ. 421. Φ. 255; non inmerito eam inter Aeolica vestigia enumeraveris.

21, 15 adtulit, Παμμόνιον quod Kaibelius in Hermae vol. VIII. p. 428 in cippo Boeotico legere vult, quamquam litterae evanidae spatium partem solum dimidiam unius Μ deletam esse indicat.

B) *α* in *ε* debilitatum esse cuius mutationis causa erant liquidae *λ ρ* satis constat in Aeolide; neque vero huius proprietates in Homero desunt.

2) A voce Aeolica *θέρσος* pro *θάρσος* iam veteres ad unum omnes recte famosum nomen *Θερσίτης* *B*. 212. 244. 246 derivarunt; cf. schol. *A*. ad v. 212: *ὠνοματοπεποίηται τὸ ὄνομα παρὰ τὸ θέρσος Αἰολικόν* et schol. L. Herod. *π. κλίσ. ὀνομ.* II. 686, 32: *θάρσος ὅπερ ἐστὶν Αἰολικῶς θέρσος, ἐξ οὗ καὶ Θερσίτης, Ἁλιθέρσης σύνθετον γίνεται.* Nomen autem *Ἁλιθέρσης* (v. Hermann. ad Aesch. Suppl. v. 65) *β*. 157. 253. *ρ*. 68. *ω*. 451 in schol. Ambros. ad primum locum *Ἀλιθέρσης* scriptum est (cf. Buttmanni not.); eandem mutationem praebent *Θερσίλοχος* *P*. 216. *Φ*. 209 et *Πολυθερσείδης* *χ*. 287, sed adiectivum *πολυθαρσὴς* *P*. 156. *T*. 37. *ν*. 387 vulgare est neque alteram Aeolicam adfectionem eius vocis: *θρόσος* pro *θράσος* (Ahr. p. 76. Hirzel. p. 10) adhibent nomina Homer. *Θρασύδημος* (-*μηλος*) *Π*. 463. *Θρασυμήδης* *I*. 81. *K*. 225. *Ξ*. 10. *Π*. 321. *P*. 378. 705. *γ*. 39. 414. 442. 448. Quae si conparamus, illa Aeolica esse cuivis concedendum est atque ex Aeolicis carminibus, quibus si minus *Θερσίλοχος* *Ἁλιθέρσης* *Πολυθερσείδης* at certe *Θερσίτης* (nimirum *Θερσίτας* vel *Θέρσιτα*) ut Muellenhoffius in libro egregio quem inscripsit Deutsche Alterthumskunde p. 26 scite coniecit, celebratus fuit, ad Iones propagata, quod luculentum est exemplum neque metri ratione excusatur, (v. Bergk. hist. litt. Gr. p. 854. n. 141). — Quo iure Bergkius p. 16. n. 17 nomen *Τελαμών* pro *Ταλαμών* Aeolicum vocaverit nescio. Etiam apud Arcades Paphios Boeotos (Ameis p. 20 e tit. Boeot. c. i. 1539 nomen *Θερσάνδριχος* adtulit) eadem valuit ratio de qua disputavit Gelbkius de dial. Arcad. p. 13—15.

3) Ne Iones quidem hanc mutationem ignorasse formae *ἔρσην τέσσερες* Herodoteae clare conmonstrant; sed ne ex ipso Ionismo Homerica reliqua exempla repetamus inpedit quod antiquior Ias originariam vocalem in *τέσσαρες ἄρσην* mordicus tuetur; est igitur cur pro certo adfirmemus hanc debilitationem in ea sub Herodoti demum aetatem manasse, quod recte iam Giesius p. 196 perspexit. Hoc cum ita sit necesse est cum eo *βέρεθρον* *Θ*. 14. *μ*. 94 vocem, quacum apte conferas Arcad. *ζέρε-*

θρον δέρεθρον (Ahr. I. p. 232. Curt. in Iahn. ann. v. 83. (1861) p. 591, et. p. 436, in comm. quae inest actis soc. litt. Saxon. vol. XVI. (1864): über die Spaltung des A-Lautes, tab. IV. B. 4. p. 39) pro Attic. et vulg. βάραθρον (= lat. gurges), Aeolicam sapere indolem probemus; Herodotus scilicet VII. c. 133 habet βάραθρον. Tamen βέλεμνα (*O*. 484. 489. *X*. 206 in fine) quod descendit a βάλλω (Curt. et. p. 433) vulgare est sicut βέλος, neque usquam βάλαμνον legitur, cf. Aesch. Ag. 1496. 1520, Eur. Androm. v. 1136.

4) Converto me ad praefixa ἀρι- et ἐρι- quae adiectivorum significationi incrementum addunt (cf. schol. *K*. 305: τὸ ἐρι- γὰρ μόριον ἐπὶ τοῦ μεγάλου τίθεται ὡς καὶ ζα-, Hesych. ἐρὶ πολὺ, μέγα, ἰσχυρὸν et ἀρὶ μεγάλως) apud Homerum invicem saepissime usitata. Quaeritur enim qualis eorum sit distinctio. Rectissime autem de ea quantum video Didymus iudicavit, cuius e libris περὶ παθῶν Herodianum in E. M. 148, 8 (π. παθ. II. 147. Lentz.) hausisse M. Schmidtius p. 344 intellexit: ἀρπεδόεσσα ἡ ἄγαν πεδινὴ κατὰ συγκοπὴν παρὰ τὸ ἀρι- συγκειμένη. πέπονθε δέ, ἵνα σημαίνηται ἡ ἄγαν ὁμαλὴ ὁδός· ὁδοῦ γάρ ἐστιν ἐπίθετον· πέπονθε δὲ ὁμοίως τῷ ἔρθυρις Αἰολικῶς, ἐρίθυρις γὰρ ἡ μεγάλη θυρίς· οὕτως Ἡρωδιανὸς καὶ Δίδυμος. De vocabulis quidem num recte statuerint quaerere mitto; id tamen adparet eos ἐρι- Aeolicum existimasse pro ἀρι-, quod equidem utique probaverim. Sane inepte in E. M. 142, 15 grammaticus de Dorica forma nugatus est: ἡ περὶ πρόθεσις ὀξυνομένη σημαίνει τὸ περισσῶς καὶ Δωρικῷ ἔθει τρέπεται τὸ ε̄ εἰς ᾱ, ἡνίκα δὲ τραπῇ τὸ ε̄ εἰς ᾱ, ἀποβάλλει τὸ κατ' ἀρχὰς σύμφωνον, οἷον μέχρι ἄχρι· περὶ Δωρικῶς ἀρὶ (= εὐχερῶς, ἰσχυρῶς ἄγαν l. 32), atque p. 374, 15: ἐρὶ ἐπίῤῥημα· παρὰ τὸ περί; Stephano vero in Thes. III. p. 2012 ἔρι vocativus nominis alicuius ἔρις fuit. Veterum qui diversis dialectis praefixa vindicabant inmemor fuit Buttmannus qui primus inter recentiores in ea discernenda curam inpendit in lexil. I. p. 138, miratus scilicet in unius eiusdemque dialecti usu mox ἀρι- mox ἐρι- fuisse. Qua admiratione in eam sententiam abductus est voculas radicitus a se distare, ut ἀρι- ad stirpem quae inest vocibus ἀρείων ἄριστος relegaret, ἐρι- autem nihil aliud quam εὐρυ- esse crederet, illud

vertens „bene" hoc „late". Sed egregie lapsus est; digamma enim quod in εὐρὺς vocis (skr. varu-s Curt. p. 323) fronte certe pro Fέρυς haesisse putavit, etsi eius in carminibus ante ἐρι-vigentis nec vola nec vestigium (minime Λάρισᾱν ἐριβώλακα B. 841 huc potest trahi, de qua productione v. Hartelium p. 454; sed forsan auctor catalogi Troum e genetivo Λαρίσης ἐριβώλακος P. 301 male transmutavit) reperitur, e mythico nomine Ἠερίβοια, quod pro Ἐερίβοια i. e. ἘFερίβοια esse voluit ἐείκοσιν ἔεδνα adferens, ei satis visum est constare, quod argumentum nihili est. Itaque non modo non digamma evicit quod et voluit et debuit demonstrare, sed etiam de transitu vocalis υ in ι insolito ne verbo quidem dixit neque discrimen notionis quod esse putavit planum esse potuit confirmare. Re autem vera formae non a se dispescendae sunt; quare Buttmanni originationem prorsus reicio. En fac ut ἀρι- quod indubie cum radice ἀρ- in Graecitate latissime patente (v. Curt. p. 317) cohaeret Aeolice abierit in ἐρι- atque memineris hoc, cum semper in sollemnibus obcurrat formulis, perfacile posse ab Aeolensium poesi ad Ionicum usum esse quasi delapsum, omnis scrupulus, credo, evanescet unde Buttmannus illam coniecturam cepit, quae paululum Curtio et. p. 72 adridebat. Simile quid etiam Bergkius in hist. litt. p. 854. n. 144 viderat, qui ἐρι- non propter τέσσερες ἔρσην ad Iadem sed potius ad antiquissimam linguam Graecam pertinere pronuntiavit Arcadicum nomen Ἐρίων comparans, pristinum autem ἀρι- ubicunque formulae certa memoria sancitae defuissent, maioris dignitatis sonique granditatis causa a poetis esse praelatum censuit. Sed utut de hac opinione cogitas, hoc tamen veri simillimum videtur ἐρι- esse Aeolicum ἀρι- Ionicum praefixum, quamquam Aeolica dialectus formam non subpeditat. — Leguntur autem haec: a) post hephthemimerin: ἐριαύχενας ἵππους K. 305. P. 496. Σ. 280. Ψ. 171. ἐριαύχενες ἵπποι Λ. 159. — ἐρίηρες ἑταῖροι Γ. 378. Θ. 332. N. 421. Ψ. 6. ι. 172. 555. κ. 471. μ. 199. 397. ξ. 249. ἐρίηρας ἑταίρους ι. 100. 193. κ. 387. 405. 408. ξ. 259. ρ. 428. τ. 273. (ἑτάρους) ἐρίηρας ἀγείρας Γ. 47. ἐρίηρος ἑταῖρος Δ. 266. ἐρίηρον ἀοιδὸν α. 346. ϑ. 62. 471 [19]). — Φϑίην ἐρίβωλον ἱκοίμην I. 363.

19) Vox ad eandem radicem ἀρ- pertinet (Curt. p. 317), cuius formatio

Τροίην ἐρίβωλον ἵκοντο Σ. 67. *Τροίην ἐρίβωλον ἱκέσθην Ψ*. 215. *Σχερίην ἐρίβωλον ἵκοιτο ε*. 34. *σκιάσῃ δ' ἐρίβωλον ἄρουραν Φ*. 232, quam formulam et sedem mutarunt recentiores imitatores *I*. 329 *κατὰ Τροίην ἐρίβωλον* in fine et *Φ*. 154 *εἴμ' ἐκ Παιονίης ἐριβώλου* — adhibentes, — *θεῶν ἐρικυδέα δῶρα Γ*. 65. *Υ*. 265. *δαίνυντ' ἐρικυδέα δαῖτα Ω*. 802. *γ*. 66. *ν*. 26. (*υ*. 280). *τεύχοντ' ἐρικυδέα δαῖτα κ*. 182, sed de personis in Nekyia *θεῶν ἐρικυδέα τέκνα λ*. 631. (v. Kirchhoff. Odyss. p. XVII), *Γαίης ἐπικυδέος υἱὸν λ*. 576, tamen post tertii pedis caesuram item de filio in versu a Bekkero sub textu posito *Ξ*. 327 *Λητοῦς ἐρικυδέος* atque *Λ*. 225: *ἥβης ἐρικυδέος* (*μέτρον*), cf. Hes. th. 988 admissum, — *ἐριθηλέας ὄζους Κ*. 867. (cf. Hes. th. 30). (*ἔρνος*) *ἐριθηλὲς ἐλαίης Ρ*. 53 sed *ἀλωάων ἐριθηλέων Ε*. 90. in fine, cuius carminis auctor plurima admovit singularia (v. Geistii disquis. Hom. Hauptium ad Lachmann. p. 106), — b) post penthemimerin: *ἐκ Τάρνης ἐριβώλακος εἰληλούθειν Ε*. 44. *ἐκ Παιονίης ἐριβώλακος εἰληλούθειν Ρ*. 350. *ἐκ Θρῄκης ἐριβώλακος εἰληλούθειν Υ*. 485. *ἐξ Ἀσκανίης ἐριβώλακος Ν*. 793. *ἀπὸ Λαρίσης ἐριβώλακος Ρ*. 301. *κεκλιμένη ἐριβώλακος ἠπειροῖο ν*. 235. *ἐν Φθίῃ ἐριβώλακι Α*. 155. *ἐν Θρῄκῃ ἐριβώλακι Λ*. 222. *ἐνὶ Τροίῃ ἐριβώλακι Ζ*. 315. *Π*. 461. *Ω*. 86. *Τροίην ἐριβώλακα Γ*. 74. qui versus paululum mutatus est 257, *Λάρισαν ἐριβώλακα Β*. 841 de quo iam monui, *Λυκίην ἐριβώλακα Ρ*. 172. a Bekkero uncinis inclusum, *Φθίην δ' ἐξικόμην ἐριβώλακα Ι*. 479. ubi nomen verbo interposito male segregatum est, — *ἐριούνιος Ω*. 360. 440. *Ἑρμείας ἐριούνιος Ω*. 457. *Ἑρμείαν ἐριούνιον Ω*. 679 pro quo *Υ*. 72 in fine est *ἐριούνιος Ἑρμῆς* atque inter duos versus incidit *ἐριούνης | Ἑρμείας Υ*. 34/5. = *θ*. 322/3 [20]), — *ἐριτίμοιο*

nomini Ὅμηρος inesse putatur. Sed quod Sengebuschius in diss. Hom. II. p. 90 obstare censuit, quia nusquam Aeoles et Dores Ὅμᾱρος pronuntiaverint, ineptum est; notissima nempe Graecorum consuetudo est formam nominum propriorum ubique conservandi neque pro cuiusque dialecti regulis transmutandi, ut exempla adferre supervacaneum sit; quis poetarum, quaeso fingas, celeberrimum Homeri nomen quale in universorum Graecorum auribus haesit, Homarum reddere ausus sit? Aeolicum esset ἐρίᾱρος.

20) Fortasse ἐριούνιος (= ἐριϜόνιος, Brugman. l. l. p. 174) Αἰολικωτέρως debuit scribi ἐριώνιος; metri causa vocalem productam esse Bekkerus, sched. Hom. p. 280 censuit.

χρυσοῖο *I*. 126. 268, sed bis post trithemimerin ubi alias his adiectivis nullus locus datus est αἰγιδ' ἔχων ἐρίτιμον *O*. 361 et αἰγίδ' ἔχουσ' ἐρίτιμον *B*. 487. — c) post tertium trochaeum: ἐρισθενέος (Διὸς) *N*. 54. *T*. 355. *Φ*. 184. *ϑ*. 289. (cf. Hes. th. 4, sed op. 416 post I.) — ἐρίγδουπος πόσις Ἥρης *H*. 411. *K*. 329. *N*. 154. *Π*. 88. *ϑ*. 465. ο. 112. 180. ἐριγδούποιο (Διὸς) *E*. 672. (Ζηνὸς) *M*. 235. ἐρίγδουποι πόδες ἵππων *Λ*. 152, sed d) post primum trochaeum: Ζηνὸς ἐριγδούπου *O*. 293 (cf. Hes. th. v. 41). — Ζηνὸς ἐριβρεμέτεω *N*. 624. — οἶνον ἐριστάφυλον ι. 111. 358. — e) in versu exeunte: αἰθούσης ἐριδούπου *Ω*. 323. γ. 493. ο. 146. 191. ὑπ' αἰθούσῃ ἐριδούπῳ γ. 399. η. 345. υ. 176. 189. ποταμῶν ἐριδούπων κ. 515 sed praeter *Y*. 50 ἄλλοτ' ἐπ' ἀκτάων ἐριδούπων ubi vox in medio versu est, — βοῶν — ἐριμύκων *Y*. 497. *Ψ*. 775. βοῦς ἐριμύκους ο. 235 (v. Hes. op. v. 790).

Contra ἀρι- exstat in his conpositis quae a) post hephthemimerin conlocata sunt: ἀριδείκετος ἀνδρῶν *Λ*. 248. ἀριδείκετον ἀνδρῶν *Ξ*. 320 quae pars spuria est, ἀριδείκετον εἶναι λ. 540. πάντων ἀριδείκετε λαῶν *ϑ*. 382. 401. ι. 2. λ. 355. 378. ν. 38. b) post tertium trochaeum: ἀριφραδέα (ὀστέα) *Ψ*. 240. (σήματ') ψ. 225. ἀριφραδὲς (σῆμα) *Ψ*. 326. λ. 126. φ. 217 ψ. 73. 273. — ἀρισφαλέ' (οὐδόν) ρ. 196. — ἀριπρεπέα *Z*. 477. *Ψ*. 453. ἀριπρεπέ' *O*. 309. ἀριπρεπέες *I*. 441. *ϑ*. 390. ἀριπρεπές *ϑ*. 176. ι. 22 quare auctor octavi carminis quod posuit Lachmannus male versum *Θ*. 556 sic incepit: φαίνετ' ἀριπρεπέα. Vacillat autem duorum adiectivorum sedes: ἀρίζηλοι *N*. 244. *X*. 27. — ἀρίγνωτοι *N*. 72 post tertium trochaeum, tamen c) post primum his locis reperiuntur: ἀριζήλη *Σ*. 219. 221. ἀριζήλω *Σ*. 519. ἀριζήλως μ. 453. (*B*. 318 nunc ἀΐζηλος scribitur, v. Curt. et. p. 605), — ῥεῖα δ' ἀρίγνωτος *O*. 490. δ. 207. ῥεῖα δ' ἀριγνώτη ζ. 108. ῥεῖα δ' ἀρίγνωτ' ἐστι ζ. 300. ρ. 265 atque d) in prima thesi ὦ ἀρίγνωτε συβῶτα ρ. 375. Etiam Hesiodus ἀριδείκετος th. 532. 543 praeter v. 385, ῥεῖα δ' ἀρίζηλος op. 6 (in initio) item posuit, praeterea ἐρικτύπου Ἐννοσιγαίου th. 930. ἐρικτύπῳ Ἐ. th. 441. ἐρίκτυπον Ἐ. th. 456 post tertium, ἐρισμαράγοιο Διὸς th. 815. ταύρου ἐριβρύχεω th. 832 post primum trochaeum habet; ἀρίσημα autem legitur in spurio v. 12 hym. in Merc.

C) α in ο offuscatum ut maxime in Aeolica dialecto (v. Ahr.

[redacted]

I. 76 sq. Hirzel. p. 10)[21]) ita non minus in vulgato sermone adparet, quod demonstrant *ὀ-* pro *ἀ-* collectivum *ὄρχαμος ὄγκος ὄγμος* iuxta *ἄρχω ἀγκών ἄγω* (v. Buttm. lexil. I. p. 117. Curt. et. p. 179. 126. 161) *ὀπλότερος* quod cum *ἀπαλός* confertur (Curt. p. 424; Aeolicum *ἄπαλος* v. S. fr. 46. 78, 2. 83. 121, Theocr. 29, 25, Ahr. I. p. 142) *ἰονθάς* quae vox cum *ἄνθος* (in Aeolide non mutato, Ahr. II. p. 506, v. A. 39, 6. 45. 61. 83, S. 54, 3. 78, 3. 94, 2. 121) ut videtur recte coniugata est a Curtio in Iahn. ann. vol. 67. p. 18, alia. Quare dubitatio fit num iure Aeolica consuetudo in Homericis formis agnosci debeat; unum certe exemplum, puto, huc facit.

5) Pro lectione ab Aristarcho probata quae nunc est in textu *πάρδαλις* cod. Ven. praebet *πορδαλίων* *N.* 103. *πορδάλιος* *P.* 20. *πόρδαλις* *Φ.* 573 (quod Dindorfius solum *δ.* 457 retinuit) cf. Laroche p. 331/2; *παρδαλέην* *Γ.* 17. *K.* 29 invenies. Veteres vero qui in discrimine detegendo elaboraverunt sicut nebulo ille Apio (v. Lehrs quaest. epic. p. 1 sq.) speciosa procuderunt commenta (v. Passov. lex. Spitzner. ad *N.* 103. Lentzii not. ad Herod. II. p. 563, 24); recentiores forsitan aptius de dialectorum varietate cogitaverunt, scilicet Spitznerus et Kuehnerus (gr. Gr. p. 106 ed. II) *πάρδαλις* Atticum *πόρδαλις* Ionicum fuisse censuerunt; praestat tamen hanc formam quae ut expellatur Aristarchi auctoritas minime subpetit, cum Buttmanno in gr. I. §. 27. n. 20. p. 102 et Ameisio p. 20 pro Aeolismo habere.

6) Licet praepositio *ἀνά* Aeolice audiat *ὀν* vel *ὀ*, tamen existimo *ἀ-νερύειν* iustum Aeolismum esse, in quo sonus fuscus quia *α* cum *υ* in diphthongum coaluit non adsciscatur. §. 19.

D) *α* in *υ* mutatum. *Υ* vocalis usu Aeolenses a vulgari sermone maxime decessisse videntur, quamquam mutatio a totius linguae Graecae indole non aliena erat.

7) Certum inmixtae Aeolicae dialecti documentum quod Herodiano iam extra dubitationis aleam erat positum agnosco adverbium *ἄμυδις* et a prima thesi: *M.* 384. *N.* 336. *Υ.* 114. *ε.* 467. *μ.* 413. 415. = *ξ.* 305 et a secunda incipiens *K.* 300. 524.

---

21) Forma στρατᾱγός ter in tit. Erythr. l. 2. 9. 38 obvia abusu inferioris aetatis satis explicatur, v. Ahr. p. 87; στρότᾱγοι recta est apud Conz. tab. VIII. 2. l. 7. 13.

N. 343. *T.* 158. 374. *δ.* 659; ergo per falsam analogiam imitatores in tertia *I.* 6 et in quarta *Ψ.* 217 conlocarunt. Praeter accentum (§. 1. 7) et spiritum (§. 2. II. 2) Herodianus diserte Aeolicam vocalis *α* offuscationem factam esse tradidit *π. καθ. πρ.* I. p. 541, 12: *ἐχρῆν οὖν ἁμάδἰς τι εἶναι ὡς χαμάδις, τροπὴ δὲ ἐγένετο τοῦ α εἰς τὸ υ, ὡς τὸ σάρκες σύρκες*, cf. *π. παθ.* II. p. 351, 13, ad *I.* 6. II. p. 63, schol. ad *T.* 114, Giesium p. 419 sq.; sed non video cur Curtius et. p. 474, Erlaeut. p. 76 et Wegenerus de casuum nonnullorum Graecorum Latinorumque historia p. 19 (diss. inaug. Berol. 1871) *υ* pro *ο* esse dixerint; *οἴκαδις* autem Ahrensius in mus. Rhen. nov. I. p. 384 etiam Aeolidi vindicavit. Ceterum vix aliquis *ὕμυδις* vel *ὄμυδις* exspectabit; nam prior vocalis integra est si altera mutatur, cf. Sengebusch. II. p. 98.

8) Cum in Homericis carminibus praeter *τέσσαρες* legatur *πίσυρες*, perspicitur iam satis e mutatione consonarum Ionicam poesin hic antiqui Aeolismi esse tenacem. Tamen Hesychius praebet *πέσσυρες* cui viri docti fidem habere maluerunt quam Homericae formae et Aeolicae *πέσυρες* quam in epigramm. XXI, 6 exhibuit Balbilla. Explicant igitur *πέσσυρες* Aeolicam mutationem pati pro *τέσσαρες* vel *τέτFαρες*, *πίσυρες* autem vocalem *υ* ex *Fα* contractam habere sicut *γυνὴ* pro *γFάνα* [22]) *ὕδωρ* pro *Fαδ-* *σὺρξ* pro *σFάρξ* (Christ. p. 27. 259), quod e. g. Hirzelio p. 13 placuit; sed cui in una voce eiusdem adfectionis duae explanationes possint probari? Melius profecto Giesius iudicavit ratus p. 118. 196. Aeolicam dialectum post Homericam aetatem in *πέσυρες* vel *πίσυρες* geminationem secundariam adscivisse ut *πέσσυρες* existeret sicut Lat. quattuor (v. Curt. et. p. 445, qui idem de pello tollo statuit de temp. et mod. p. 113). Aliam autem viam nuper Westphalius (method. gramm. d. gr. spr. I. p. 422) qui etiam simplicem solum, non duplicem litteram *σ* defendi posse vidit, ingressus est eamque me iudice falsam; nam *πέσ(σ)υρες* vel *πίσυρες* e *πετυ(α)ρες* vocali *α* extrita et digammo in *υ* soluto natum putavit anomalam vocem *κύων*

22) Perperam Herodianus γυνὴ pro γονὴ τροπῇ τοῦ ο εἰς υ Αἰολικῶς ortum esse dixit, quam originationem Lentzius praef. p. XXX non debuit probare probatamque proclamare.

κυνός conparans (Gies. p. 117). Itaque cum omnibus rationibus parum procedat neque Giesianae reperiantur analogiae in Graeca lingua, libenter cum Ahrensio facio adfirmante I. p. 79, II. p. 581, de mist. diall. p. 74 apud Hesychium errorem esse; etiam Dorica forma *τέτορες* et Ahrensio II. p. 279 et Allenio in Curt. Stud. III. p. 224 inprobanda videbatur.

Cum reliqua inmerito huc trahantur: *σκύφος* ξ. 112 pro *σκάφος* (Gelbke p. 21) quia vulgare est, *μῡκάομαι* (resono) iuxta *μᾰκὼν μεμᾰκυῖα* (balo), *βρῡχάομαι* (rugio) iuxta *ἔβρᾰχε ἀνέβρᾰχε* (resono crepo) (Ahr. I. p. 78) quae diversa sunt verba „a diversis sonis naturalibus ducta" (Ameis. p. 21), statim persequar ad vocales.

II. *ε* et *ι* de quibus vix est quod dicam.

1) Dubium est utrum adtenuatio *ι* pro *ε* quam in Homerico Aeolismo *πίσυρες* deprehendimus, Ionica quod Giesius accipere voluit (cf. Aeol. *χέλλιοι* pro *χίλιοι* *ἔλλαθι* pro *ἵλαθι* *κτέννω* pro *κτίννυμι* vulg. *ἑστία* pro Ion. Dor. *ἱστία* (*ἱστίη* τ. 304, Christ. p. 26. Meister. Stud. IV. p. 375) an Aeolica vocetur (cf. *τίῳ* S. fr. 104. *τίοισιν* f. 168. pro Hom. *τέῳ* etc., Ahr. I. p. 80); etsi minime veterum grammaticorum more mistam dialectum in una voce licet agnoscere, sane minutula est diversitas quam facillime ex Ionica Aeolicae vocis pronuntiatione repetere possumus, v. Curtium p. 665.

2) Hic Ameisius p. 21 notandus est quod in adiectivis conpositis *ὀψίγονος ὀψιτέλεστος* formam *ὀψὶ*, cuius vocalis origo obscura est (v. Curt. p. 665), Aeolicam pro *ὀψὲ* nominavit; nam nulla causa est quod ‚*ἤδη μέντοι Αἰολεῖς καὶ ἐν ἁπλῇ προφορᾷ διὰ τοῦ ῑ αὐτὸ ἀποφαίνονται*' cf. Herod. π. μον. λέξ. II. p. 932, 20. π. παθ. II. p. 355. π. σχηματ. II. p. 486. Ahrens. I. p. 80.

3) Apud Aeolenses *ε* in *ο* abiisse parum constat cuius mutationis unicum exemplum Ahrens p. 80 *ὀρράτω* pro *ἐρράτω* esse cognovit; nam *ὄρπετον* est pro *ἀρπετὸν* et *στρόφω* pro *στράφω*, v. Ahr. II. p. 505 sq. Allen. p. 220, fortasse autem *γνόφαλλον* est pro *κνέφαλλον* (v. §. 6. II); tamen *ἐγρήγορθαι* vix licet ab ea repetere (§. 1. 6).

III. *ο*.

Vocalis *ο* offuscationem in *υ* Aeoles magno cum studio adfectarunt, cuius certa exempla ex Homero habeo haec;

1) Adiectivum ἐπασσύτεροι quod legimus semper post primum trochaeum *Α*. 383. *Δ*. 423. 427. (*Θ*. 277). *Μ*. 194 = *Π*. 418. π. 366 etsi ἀσσοτέρω exstat ρ. 572 in initio τ. 506 in altero pede, Aeolicum est de quo Herod. π. μόν. λέξ. 21, 26. II. p. 928 (π. καθ. πρ. I. 195, π. παθ. II. p. 364) sic adnotavit: οὐκ ἔχει φυσικὸν τὸ υ, ἐκ δὲ τοῦ ἀσσοτέρου ἐτράπη, et schol. *A* ad *A*. 383: Αἰολικόν ἐστιν· ἄσσον, ἀσσότερος· ἀσσύτερος ὡς ὄνομα ὄνυμα, v. Eustath. p. 631, 45. 1901, 52. C. F. Ameis. ad π. 366. III. p. 70. Curt. Erl. p. 75 et. p. 180. Sed etiam Aeschylus in Choeph. v. 426 ἐπασσυτεροτριβῆ scripsit, quod ex Homerico Aeolismo fictum est, cf. Lechner. de Aeschyli stud. Homerico, 1862. p. 11.

2) Item formula Aeolica in epicis carminibus remansit ἄλλυδις ἄλλος *Α*. 486. *Ρ*. 729. ἄλλυδις ἄλλῃ *Μ*. 461. ε. 71. ξ. 138. ἄλλυδις ἄλλῃ *Ν*. 279. ε. 369. ι. 458. ἄλλυδις ἄλλην λ. 385. ἄλλυδις ἄλλον ξ. 35. sub versuum exitum; tamen secundum et tertium pedem obtinet in partibus posterioribus *Α*. 745. ἄλλυδις ἄλλος, item ξ. 25 atque ἄλλυδις ἄλλα *Φ*. 503.

3) His ἐπισμυγερῶς adverbium cui vulgaris accentus inpositus est pro μογερῶς addere non dubito γ. 195; Aeolicum videlicet μύγις erat pro μόγις (Ahr. I. p. 82). §. 1, 7. 5, 1. Admirabiliter sane Doederleinius I. p. 228 s. n. 351 o in υ mutatum esse opinatus est, si qua vocalis in voce evanuisset, e qua ariolatione posuit: ἐπισμυγερῶς pro ἐπιζαμογερῶς ἐπασσύτεροι pro ἐπιασσότεροι τηλύγετος pro ἀταλόγετος ἐνδυκέως (III. p. 80) forsitan pro ἐνδοκεύως. En, egregiam rationem!

Incerta vel falsa puto haec esse exempla. Consulto omisi quae conposita videntur cum Aeolica forma ὄνυμα: ὁμώνυμος ἀνώνυμος δυςώνυμος ἐπώνυμος νώνυμος (α. 222. ν. 239. ξ. 182). νώνυμνος (*Μ*. 70. *Ν*. 227. *Ξ*. 70) pro νωνυμ(α)νος (Curt. p. 630), quia non modo ὄνυμα etiam ad Dores et Boeotos pertinet (Ahr. II. p. 123. 518), sed illa vulgaria atque Attica sunt. Sed non cum Apollonio Dyscolo π. ἀντωνυμ. p. 3 ubi de pronominum adpellatione contra Cumanum disputavit, ea ex Aeolide in vulgatum usum recepta dixerim: ἐκφεύγοντάς φασι τὸ Αἰολικὸν τοὺς περὶ Κόμανον ἀντονομασίας καλεῖν, εἴγε τὸ μὲν ὄνυμα οὐ κοινόν, τὸ δὲ ὄνομα. Ναί, ἀλλά φασι καὶ ἄλλα κατὰ τὸ ἔθος ὀθνεῖα

παρειςῆλθεν· — εἰ γὰρ τὰ παρειςδύοντα τῶν διαλέκτων οὐκ ἐν τῷ καθόλου, ἅπαξ δὲ πού, ἰδοὺ γὰρ κακόξενος φιλόξενος ἄξενος, ἀλλὰ τὸ Εὔξεινος (τῷ ι Ἰακῶς πλεονάσαν) καὶ ἄφοδος ἀφορισμὸς ἀφορία, ἓν δὲ τὸ ἀπηλιώτης χρὴ ἄρα καὶ τὴν ἀντωνυμίαν ἅπαξ εἰρῆσθαι. Tamen exempla non apte elegit, nam nominum propriorum alia est condicio neque est Atticae vocis psilosis Ionica sed pristina et originaria. Tum addit: *πῶς δὲ οὐχὶ γελοίως Αἰολικὸν εἰρήσεται τὸ ἱερώνυμος καὶ ἔτι τὸ ὁμώνυμος δασυνόμενα;* In universa quidem Graecitate ea vocalis valuit non e singularis dialecti proprietate, sed e communi linguae indole; Curtius autem p. 667 euphonicam fuisse causam, quae summa cum cautela sane admovenda est tamen a grammaticae rationibus non prorsus abhorret, credidit ut evitaretur concentus vocalium atque iam veteres grammatici *ὄνομα* notabant *ὅ ἐστι μονῆρες· οὐδὲν γὰρ εἰς μα λῆγον οὐδέτερον ἁπλοῦν ἐν ταῖς πρὸ τέλους δύο συλλαβαῖς διssὸν ἔχει τὸ ο· — Αἰολεῖς δὲ ὄνυμα λέγοντες αὐτὸ ἀπολύουσι τοῦ προκειμένου ἐλέγχου* cf. Herod. *π. καθ. πρ.* I. p. 353, 13. et *π. παθ.* II. 364 ubi vox a *νέμω* derivatur: *ἀναλόγως οὖν οἱ Αἰολεῖς ὄνυμα λέγουσιν.* Adcedit quod apud Homerum alias in *ὄνομα* vel *οὔνομα ὀνομαίνω ὀνομάκλυτος* (*X.* 51) *ἐξονομακλήδην* (*X.* 415) secundum vulgarem usum nativa vocalis integra servata est. — Neque magis *ἄγυρις* (congregatio) iuxta *ἀγορά* (contio) Aeolismus est, quod clamant grammatici; at recte Ahrensius p. 83. 159 vidit. Nam diversa sunt vocabula atque notione distant, quam nescio an in Aeolide una forma *ἄγυρις* susceperit sicut *ἄγρημι* pro *ἀγρεῖν* et *αἱρεῖν*. Minime *ο* in *υ* Aeolica ratione versum est, sed communi mutatione *υ* e genuino *ε* (v. Curt. p. 563) vel *α* (Curt. de verb. p. 307 ubi *γαρ-γαίρω* conponitur, et. p. 667) offuscatum est in Homericis et vulgaribus vocibus *ἄγυρις Π.* 661. *Ω.* 141. *γ.* 31. *ἀγυρτάζω* (*τ.* 284.) *ἀγύρτης ἀγυρμὸς ὁμήγυρις* (*Υ.* 142) *ὁμηγυρίσασθαι π.* 376. *πανήγυρις* aliis, quamquam in Aeolicis titulis *παναγυρίαρχον* ap. Kaibel. XXIV. 3. p. 6. et *πανηγυριαρχήσαντα* XXII. 3. p. 6 legitur, cf. Christ. p. 28. — Recensentur porro inter Aeolismos Homericos non certis de causis hae formae *υ* pro *ε* vel *ο* prae se ferentes: *ὑπόβρυχα ε.* 319 iuxta *βρέχειν* (v. Buttm. lexil. II. p. 111 sq., cf. *ἀναβέβρυχεν P.* 54. ebullit; sine causa Zeno-

dotus ἀναβέβροχεν ὡς ἐκεῖ ἀναβρόξειε μ. 240 voluerat, quia ἀναβρόχω (absorbeo) aliud est verbum, atque male Duentzerus de Zenod. p. 126 et Larochius p. 213 de βέβρῡχα cogitarunt) etsi Aeoles ο ex ε natum non mutabant (Ahr. I. 84) et apud Herodotum ipsum VII. 130 vox legitur διαπρύσιον Θ. 227. Λ. 275. 585. Μ. 439. Ν. 149. Ρ. 247. 748. iuxta διαπρὸ Homero usitatissimum (v. Christ. p. 28. Ameis. p. 21) vel a διαμπερὲς derivatum, προθέλυμνον Ι. 537. Κ. 15. Ν. 130 (τετραθέλυμνον Ο. 479. χ. 122) iuxta θέλεμνον, αἰσυμνήτης θ. 258, Lesbiaca sane adpellatio pro αἰσομνήτης, quocum Bergkius in hist. litt. I. p. 115. n. 169 contulit αἴσιμος, αἰσυμνήτηρ Ω. 347. Αἰσυμνός Λ. 303, πύματος Δ. 254. Ζ. 118. Κ. 475. Λ. 65. 758. Ν. 616. Σ. 607. Χ. 66. 203. Ψ. 373. 768. β. 20. δ. 685. η. 133. ν. 13. 116 pro πόσματος (πύθματος, Christ. p. 73), ἀσύφηλος Ι. 647. Ω. 767. a σόφος descendens (v. Curt. p. 424, qui p. 652 Σαπφὼ = Ψάπφω pro σοφή dictum esse coniecit, v. Hartel. p. 425), Σίσυφος Ζ. 153. λ. 593 quod per reduplicationem e σόφος ortum dicunt (v. Curt. p. 424. Bergk. p. 16. n. 17, p. 342. n. 90), Ἔφυρα Β. 328. Ζ. 152. Ν. 301. Ο. 531. α. 259. β. 328. iuxta ἔφορος, a Curtio p. 668. 670. Ameisio p. 21. 22 aliis. Item Gelbkius p. 19 πρύτανις αἰσυμνήτης πανήγυρις Ἔφυρα Σίσυφος — Ζέφυρος in vulgari sermone atque praeter πίσυρες ἄλλυδις ἐπασσύτερος etiam ἀσύφηλος πύματος τηλύγετος apud Homerum Aeolica esse credidit; etiam υ vocalem adverbiorum πάνυ et πάγχυ Curtius p. 473 Aeolicam sicut in ἄμυδις et ἄλλυδις vocavit quod refutat Wegenerus p. 21. Mihi quidem omnia hoc loco praetermittenda videntur. Neque dignus est qui audiatur Duentzerus cum in Hoeferi annal. II. p. 193 ἐνδυκέως (Ω. 438. η. 256. κ. 450. ξ. 337. ο. 491. 542. ρ. 56. 111. 113. τ. 195. ω. 212. 271. 390 primum pedem, Ψ. 90. Ω. 158. = 187. κ. 65. ξ. 62. 109. ο. 305, incipiens secundum), quode v. Velsenium Tryph. p. 99. Curt. et. p. 611, de verbo p. 221, Aeolicum dixerit pro ἐν δοκῇ, cf. Doederl. III. p. 80. Nimis absurde Eust. p. 1901, 47 longum υ vocis μύνη φ. 111 ex μονὴ Αἰολικῶς κατά τε συνήθη βαρὺν τόνον καὶ τροπὴν τοῦ ο ὡς ὄνυμα alia propter Alcaei μῡνάμενος (fr. 89) derivavit, (v. Curt. p. 302. Hirzel. p. 26).

§. 9. De vocalibus longis.

I. ᾱ pro η.

A productum antiquioris originis apud Dores et Aeoles constanter retinebatur, apud Iones vero aliosque Graecos in η mutabatur. Sed videndum est quo tempore haec consuetudo in Ionica et Attica dialecto in locum antiquae pronuntiationis successerit. Iam Homerica aetate in Iade η pro α fuisse carmina satis docent, quamquam nonnullae formae hoc etiam prae se ferunt quae ne temere ad Aeolicam vel Doricam dialectum relegentur opus est cautione; sed in Attica vetere dialecto, quoniam etiam apud tragicos nonnullae vere Atticae formae ἕκατι ὀπαδός δαρόν aliae leguntur, α recentiori vocali η multo posteriori tempore cessisse perquam veri simile est (v. Muellenhoff, deutsche Alterth. p. 58). Itaque statuendum est colonos Graecos qui in Asiae regionibus maritimis constitissent, nondum α aspernatos esse, sed pedetemptim illam dilatatam vocalis pronuntiationem se conroborasse; atque cum poetarum elocutio quae est in carminibus Homericis nullo modo tota ex Aeolica poesi pependisse putanda sit, sed sine dubio quam maxime ad eam dictionem quam excoluerant perantiqua colonorum carmina vel e Graecia deportata vel inter migrationes pancta adplicata sit, huic antiquioris Ionismi statui ex Homero nonnulla licet vindicare (cf. alt. part.).

Huc refero 1) vocem θεά quae sexcenties obcurrens in omnibus inclinamentis antiquam vocalem mordicus servavit; est scilicet poetica neque unquam in pedestri sermone reperitur qui semper ἡ θεός adhibuit,

2) nomina propria *Αἰνείας* (*Αἰνέας* *N.* 541) *Ἑρμείας* (*Ἑρμέας* *E.* 390) quod etiam apud Arcades (Ahr. I. p. 232) haeserat, *Αὐγείας* (*Λ.* 700) *Ναυσικάα*,

3) ναυσι- vel ναυ- formam cui longum α inest (v. Curt. Erl. p. 51. Hartel. p. 463), in conpositis saepe usitatam, pro qua Ionicam νηυσὶ facile quispiam exspectat (v. Herod. qui Attica ναυσὶ Ionica νηυσὶ Aeolica νάεσσι conlatis π. ὀρθογρ. II. p. 553, 13 sic pergit: *τί οὖν; οὐκ οἶδεν Ὅμηρος τὴν ναυσί; ναί, ἐν συνθέσει ὥςπερ Ναυσίθοος καὶ ναυσίκλυτος*): *Ναυσίθοος*

(ζ. 7. η. 56. 62. ϑ. 565.) *Ναυσικάα* (ζ. 17. η. 12.) *Ναυβολίδης* (ϑ. 116.) *Ναυτεύς* (ϑ. 112.) atque **ναυσίκλυτος ναυσίκλειτος ναύλοχος ναύμαχος ναῦται ναυτίλλεσθαι** similia, quae profecto ne umbra quidem est causae cur Bergkius litt. hist. p. 854. n. 141. Ameisius p. 23, 39. Gelbkius p. 16 Aeolismo adtribuere voluerint. *Ἑρμᾶς* autem in S. fr. 51, 2. legitur neque apud Herodotum in conpositione *νηυ-* vel *νηυσι-* usitatum erat (cf. *Ναύστροφος* III. c. 60); neque *Ναυσικάα* cum Aeolica fabula sed cum Phaeacea quae erat Ionum (Muellenh. p. 48) necessitudinem habuit, cf. alt. part.

4) Hoc loco mentionem inicio formae *ἁμός* quae plerumque pro Dorismo Homerico venditata grammaticis magna facessebat negotia: *ἁμόν* *Z.* 414. *Θ.* 178. *ἁμάς* *K.* 448. *N.* 96, ubi ultimam contra Doridis consuetudinem productam esse schol. statuit, *ἁμήν* *Π.* 830. (ubi auctor rec. Bekkeri *ἄμμιν* scripsit), *ἁμῆς* λ. 166. 481; atque Z. 214. *Θ.* 178 de una persona adhibita est, sicut *ἡμέτερος* apud posteriores epicos (Lehrs. qu. ep. p. 260) vel *ἡμεῖς* apud tragicos (e. g. Soph. O. C. 347). Apud eosdem etiam *ἁμός* et in canticis (Aesch. Sept. 417. Suppl. 105. Choeph. 428. 437. Soph. Ant. 865 *ἁμῷ* pro *ἐμῷ* a Triclinio 1141 *ἁμά* a Boeckhio Philokt. v. 863 *ἁμᾷ* pro *ἐμᾷ* a Dindorfio restitutum, Eurip. Alc. 396. Androm. v. 1174. Iph. Taur. v. 149. 1141. Troad. 592) et in diverbio (Aesch. Sept. 654. Suppl. 322. atque singulariter certo ap. Soph. El. 279. 588. 1496. Phil. 1314. Eurip. Iph. Aul. 1454. Hel. v. 531; sed pluraliter El. 555) reperitur. Quo ex usu grammatici levem adripuerunt opinionem, *ἁμός* littera ε in α mutata et producta formam singularem esse pro *ἐμός* atque lenem spiritum adpinxerunt sicut Demetrius Pseudo-Herodianus sec. schol. B. V. ad Z. 414 in epimerismis scholiastes D ad *Θ.* 178 Doricam vocans. Sed Apollonius atque Herodianus π. Ἰλ. πρ. II. p. 57 apud Homerum *ἁμός* Doricum statuerunt idque per metaschematismum pro *ἡμέτερος* natum iudicarunt quare asperum tacite probaverunt, cf. Ahr. II. p. 262. n. 29, 382. n. 3. Lentz. praef. p. XXIII. In codicibus autem et Homeri et tragicorum nunc scriptura spiritus valde fluctuat. Sed num forma *ἁμός* unquam in Graecitate, vel apud Atticos asperi amantissimos fuerit, aliquanta subit dubi-

tatio; itaque melius placet suspicio lenem vel temeritati grammaticorum vel oscitantiae librariorum inputandum esse. Rectissime igitur quantum video Ahrensius II. p. 264 eum in Laconicis etiam contra librorum auctoritatem damnavit atque apud Homerum quidem Apollonium secuti sunt Buttmannus gr. Gr. I. p. 29. Thierschius gr. Gr. p. 338. Spitznerus ad Z. 414. Bekkerus Kuehnerus p. 462 Larochius; Dindorfius solus Z. 414. Θ. 178. K. 448. ἀμὸς cum codicibus excudit. De tragicis fortasse idem ponendum est; ceterum in saeculo quinto veram rationem formae iam oblitteratam fuisse atque asperum leni cessisse accipi potest, quem explicandi modum quispiam forsitan praetulerit. Tamen vereor ut merito Ellendtius in lex. Sophocl. I. p. 99. Doricum ἁμὸς et Atticum ἀμὸς distinguens Blomfieldum vituperaverit quia inconsiderate Aesch. Sept. v. 413 (417. Dind. cuius ed. V. Poet. scenicor. secutus versus semper indico) ἁμὸς contra disertum scholiastae ad Z. 414 testimonium scripsisset. Plane autem eadem condicione utitur forma ὑμὸς quae solum extra Doridem apud Homerum et apud tragicos exstat. Dorismum ergo qui dicitur iure ab Homerica elocutione pariter atque a tragicorum diverbiorum sermone alienum contendimus. Ahrensius quidem in gramm. §. 39. n. 6. p. 37 olim Aeolica pronomina sicut ἄμμες ἄμμι ἄμμε ὔμμες etiam ἄμμος et ὔμμος scripta sed tralaticia lectione oblitterata esse suspicatus est, quod neque antiquae orthographiae mos vetat et possunt suadere lenis et duplicis litterae μ vestigia quae in codicibus adparent; sed praestat rem cum Graefenhanio gramm. dial. epic. p. 42 in suspenso relinquere. Certissimum utique et tutissimum videtur accipere ἁμὸς aeque ex Attica et Ionica vetere poesi, quod de θεὰ probabile est, servatum esse. —

5) Inepte schol. P. ad η. 8, 9 *Ἀπειραίη Δωρικῶς* vel *Αἰολικῶς* pro *Ἠπειρωτική* positum sed *Ἰακῶς* correptum esse opinatus est.

6) Cum Iadis proprietate pugnat particula μὰν quam Bekkerus constanter exterminavit, cf. sched. Hom. 1. p. 62. Friedlaender. in Iahnii ann. v. 79. p. 823. Kayser in Philol. XVIII. p. 672. Hic igitur formas μὰν quam schol. Vict. ad O. 16. Eustath. p. 691, 46 Doricam nuncuparunt, μὴν μὲν quod in

schol. *P* ad ε. 478 *συνεσταλμένον* '*Ιακῶς* audit, diversarum dialectorum usu segregatas esse posuit et de illa sic pronuntiavit: ‚eine Form, die seinem Idiome entweder aus alter Zeit verblieben oder durch den Verkehr oder durch Wanderungen zugetragen war' p. 674. Antiqua certo poesis quasi hereditate eam tradiderat poetis Homericis; in dubitatione sane versamur utrum ex Ionica an ex Aeolica eam adripuerint; scilicet si idem iudicium valet atque de particulis *αἴ*, *κέ* (§. 20. 3), si non debet at potest ab Aeolensibus propagata esse. Legebatur autem ante Bekkerum his locis: *B*. 370. *Δ*. 512. *E*. 765. 895. *H*. 459. *Θ*. 373. *M*. 318. *N*. 354. 414. *Ξ*. 454. *O*. 16. 476. 508. *Π*. 14. *P*. 41. 415. 429. 448. 538. *X*. 304. *Ψ*. 441. λ. 344. ρ. 470; sed multo rarius erat *μὴν* *A*. 302. *B*. 291. *T*. 45. *Ψ*. 410. *Ω*. 52. λ. 582. 593. π. 440.

7) De formis *ἄσμενος* et *πλάζω* quae Aeolicae fuisse creduntur pro *ἡσμένος* et *πλήσσω* quid censeam iam indicavi in §. 1. II. 3, 5. I. 2. III. 1.

8) Unicum fortasse certius huius Aeolismi exemplum Homericum cum Ameisio et Gelbkio agnoverim formam *ἆλτο* cuius accentum quamvis certissime confirmatum Bekkerus mutavit ut syllaba brevis esset: *ἅλτο* (v. §. 2. II. 3), qua re recte nullius fidem accepit (v. Rumpf. in Iahn. ann. v. 81. p. 667. Laroche Z. f. östr. Gymn. vol. XI. p. 533). Etiam spiritus lenis maxime ex Aeolismo patet; Aeolicum autem augmentum prae se ferunt in titulis *ἆγον* (Ahr. p. 84) *συνάγαγε* (ap. Conzium XII. C. 24) atque ap. S. fr. 55 ipsius verbi de quo agitur forma *ἀλλόμαν*. Conferas igitur *ἆλσο* *Π*. 754. *ἆλτο* *A*. 532. *Γ*. 29. *Δ*. 125. 419. *E*. 111. 494. *Z*. 103. *Λ*. 211. *M*. 81. 390. (*N*. 749). *Π*. 427. 733. 755. *Σ*. 616. *Υ*. 62. 353. *Ω*. 469. 572. φ. 388. χ. 80, *ἆλτ'* *N*. 611. *Φ*. 174. *ἐπᾶλτο* (v. Buttm. II. p. 109, Bekker: *ἔπαλτο*) *N*. 643. *Φ*. 140. *ὑπερᾶλτο* *Υ*. 327. *ἐςᾶλτο* *M*. 466. *N*. 679. cum vulgari *ἐσήλατο* quod bis tantum obcurrit *M*. 438 *Π*. 558. Speciem autem formulae ex hoc conlocationis conspectu cognosces: *ἆλτο* *χαμᾶζε* ter decies in versuum clausula est, semel *ἆλτο* *θύραζε* (*Ω*. 572), *ἆλσο* et *ἆλτο* nude positum (*Δ*. 125. χ. 80) quintam obtinet sedem, quater autem (*M*. 390. *Σ*. 616. *Υ*. 62. 353)

tertiam, in quam semper fere conpositorum altera pars incidit; ἄλτ' solum in initio atque *A.* 532. ἆλτο in altero pede conlocatum est et ἐσᾶλτο in fine *N.* 679.

9) Sed quae reliquae formae α productum habent, non minus ad Aeolicam consuetudinem referri nequeunt, dico in quibus α breve productione suppletoria in longum mutatum est. Quod quamquam in reliqua Iade η factum est aut spirantibus explosis earumque vi exstincta rursus in ᾰ correptum est, tamen ipsum ad veterum Ionismum sive archaismum Homericum pertinere diiudico: ἄεσα τ. 342. ἀέσαμεν γ. 151. pro ἄϜεσα (v. Curt. 361) iuxta ἄεσαν γ. 490. ο. 188. (ἀέσαι ο. 40), ubi Ameisius sine causa Aeolicum augmentum esse autumavit, (cf. Bekk. sched. Hom. II. p. 11), ἄιον *O.* 252. ἄιε *K.* 532. *Φ.* 388. iuxta ἄιεν *A.* 463. ἄιον *Σ.* 222. (Curt. p. 360, sed in gramm. Gr. §. 235 D. p. 88 de augmento temporali cogitavit) ex ἀϜ rad., ἀήρ *E.* 864. η. 143. ι. 144 iuxta Hom. ἠέρος ἠέρι et Ionic. ἠήρ quod Buttmannus in lexil I. p. 109 ex Hippocrate adtulit, (v. Curt. Stud. II. p. 179 qui ex Homero Ionica ἄορι ἀίσσω conparavit), δυςαῆς εὐαῆς ζαῆς, licet hoc aliis de causis Aeolicum esse crediderim etiam sine digammo in υ emollito pro ζαύης sicut αὔελλα (cf. ναὸς νάεσσι), atque Zenodoteum ἄας *Θ.* 470 (pro Ionico ἠοῦς) forsitan propter accentum et declinationis formam (v. Ahr. I. 121) pro αὖας Aeolismus fuerit, ἀείδω cuius digamma e Boeotico titulo formis ῥαψαϜυδὸς τραγαϜυδὸς aliis (Ahr. I. p. 171) satis constat sed plerumque apud Aeoles (v. Ahr. I. 38, ἄειδε, S. fr. 26, 3) neglectum est et apud Homerum constanter uno versu excepto ρ. 519, in quo Homerum αὐείδω pronuntiasse credidit Bergkius in hist. litt. p. 868. n. 181 sine ulla salubri ratione Aeolismum carminibus inculcans. Prorsus ad ipsius Ionismi antiquitatem faciunt nomina Ἰάονες ubi fuit digamma, Ἀλκμάων ubi spirans *j* inerat, alia quae Bekkerus sched. Hom. I. p. 47 conlegit, genetivi in -ᾱο et -ᾱων verba in -ᾱω (διψάων λ. 584. πεινάων *Γ.* 25. *Π.* 758. *Σ.* 162) sicut μεσσοινήω λύω (λῦει η. 74. λῦε *K.* 498) ὑπνώω, de qua re optime egerunt Curtius in Stud. v. III. p. 386—388. de verb. I. p. 212. 356—9. Brugmanus IV. p. 181—185.

II. Vocalis η nihil praebet memoratu dignum nisi quod grammatici saepius illud Aeolicum esse pro ι monuerunt..

1) Inepte schol. V. πόληος Φ. 516. pro πόλιος Αἰολικῶς admissum esse voluit; scilicet πόληος exstat pro πόλεjος atque ad veterem Ionismum spectat (v. Herod. π. ὀρθογρ. p. 602: Φωκήων B. 517. διὰ τοῦ η κατὰ τοὺς παλαιοὺς Ἴωνας οἷς συνεχῶς κέχρηται ὁ ποιήτης οἷον Ἀχιλῆος A. 1. Βρισῆος A. 392, et π. κλίσ. ὀνομ. II. p. 673: βασιλῆος, ὁμοίως δὲ καὶ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις Αἰολεῦσιν, in quibus *F* antecedentis vocalis productionem effecit; de Attico οἰκῆος v. Gerth. Stud. I. 2. 214); πόλιος autem recentior est forma et Ionica et Aeolica.

2) Herod. π. παθ. II. p. 363 sic disputavit de adiectivo νηλητής: ἄξιόν ἐστι ζητῆσαι, εἰ τὸ νηλητὴς ἀπὸ τοῦ ἀλιτεῖν γέγονε, τὸ δὲ ἀλιτεῖν διὰ τοῦ ῑ γράφεται, πῶς τὸ νηλητὴς διὰ τοῦ ῆ γράφεται; ἔστιν οὖν εἰπεῖν, ὅτι ἐτράπη Αἰολικῶς τὸ ῑ εἰς τὸ η. οὕτως γὰρ τὸ ἀκτῖνες καὶ τὸ ψιμύθιον διὰ τοῦ η προφέρονται οἱ Αἰολεῖς. Sed nunc rectius νηλείτιδες legitur, v. C. F. Ameis. ad π. 317. III. p. 69. Laroch. p. 184/5.

3) Item ἀνεκήκιεν H. 262. Ψ. 507. explicatur π. παθ. II. 180: ἐκ τοῦ κίω πορεύομαι διπλασιασμῷ κικίῳ καὶ τροπῇ Αἰολικῇ (pro Ἰωνικῇ in E. M. 103, 22, sic post Ahrens. p. 95. n. 1. scripsit Lentzius) τοῦ ι εἰς η. κήκιε ε. 455, quod vix recte se habet, tamen quomodo vox nata sit nescio; Curtius quidem de temp. et mod. p. 90 intensivam formam verbi κίω agnovit.

4) Non aliter scholiastae cod. A ad Π. 524. κοίμησον Αἰολικὸν ἀντὶ τοῦ κοίμισον fuit. De re Schuetzius ad Aesch. Sept. v. 3. p. 195 haec adnotavit „κοιμᾶν sopire antiquissimis scriptoribus ut Homero usitatum. Postea frequentius fuit κοιμίζειν. Stanleius Eustathii observationem ad Ξ. 236 laudavit, qui hoc quoque versiculo usus est, ut eos qui putabant Aeolice apud Homerum κοίμησον pro κοίμισον dictum esse refutaret."

5) Perverse forma ἐπήβολος β. 319 quam Porphyrius Atticam vocavit, Aeolice pro ἐπίβολος esse dicebatur, v. Ahr. I. 95. Christ. p. 26.

6) Invicem Eustathius p. 697, 33 male πῖδαξ (Θ. 47) κατ' ἐναλλαγὴν Αἰολικὴν ἐκ τοῦ πηδᾶν derivavit; sed inter stirpem

πιδα- et verbum πηδάω nulla intercedit necessitudo (Curt. p. 601).

III. *Ω*.

A. 1) Ad Aeolicam vocalis ω in ῡ mutationem quam grammatici exemplis χελύνη vel χέλυννα (Bergk. S. fr. 169. p. 924, fr. 45. p. 892) pro χελώνη (Ahr. I. p. 97. Hirzel p. 15) et τέκτων pro τέκτυν conprobarunt, quam nunc etiam in nomine *Κύμη* pro *Κοίμη Κώμη* vel *Κώμη* agnoscunt Curtius et. p. 139. Hirzelius p. 20. Gelbkius p. 23 in glossa Hesychii ῥώθυνες pro ῥώθωνες (nares) M. Schmidtius vol. III. p. 438 in glossa μῦμαρ μῶμος Curt. et. p. 314, veteres ingenti consensu adiectivum Homericum ἀμύμων spectare sibi persuaserant quorum iudicium ex Hesychio nunc firmamentum habet; cf. Herod. π. παθ. II. 370: οἱ δὲ παρὰ τὸ μῶμος κατὰ στέρησιν ἄμωμος (quod eandem significationem habet apud Simon. fr. 4. Aeschyl. Pers. v. 185. Theocr. 18, 25. Herodot. II. c. 177) ἀμύμων παρασύνθετον· τὸ δὲ ω̄ εἰς ῡ ὡς τὸ χελώνη χελύνη παρὰ Σαπφοῖ. Notionem autem Homerus ipse satis interpretatus est altera forma ἀμώμητος quae legitur *M*. 109 (scut. Herc. v. 102), cf. μῶμος β. 86; atque praeter hanc (v. Eust. 317, 46) ἄμωμος (Eust. p. 1857, 45) ἀγαθός (v. schol. A. ad *Δ*. 423) de arcu ἄμεμπτος καὶ ὑγιής (schol. D. ad *O*. 463) de saltatione ἀμώμητος· ἔστι δέ τις καὶ φαύλη ὄρχησις (schol. A. V. ad. *N*. 637) explicandi causa adposuerunt grammatici et scholiographi; contrarium igitur voci τ. 332. ἀπηνής τ. 329 est. Atque de usu eius Eust. p. 1857, 43 laudavit haec: καλῶς ἄρα σεσημείωται ὑπὸ τῶν παλαιῶν, ὅτι τὸ ἀμύμων προςώποις μόνοις ἡρωϊκοῖς ἐπιτίθεται, ἤγουν θνητῶν ἐνδόξων ἀνθρώπων ἐστὶν ἐπίθετον. Vox igitur quam Pindarus et posteriores epici ex Homero mutuati sunt, tragici vero nunquam usurparunt, his locis exstat de personis adhibita: nominativus est in fine: μάντις ἀμύμων *A*. 92. λ. 99. 291. *Γλαῦκος* ἀμύμων *B*. 876. *Ξ*. 426. (*Δαρής*) ἀμύμων *E*. 9. *Τεῦκρος* ἀμύμων *Θ*. 273. 292. *Μενέλαος* ἀμύμων *N*. 641. νηὶς ἀμύμων *Ξ*. 444. υἱὸς ἀμύμων *Π*. 197. δ. 789. (*Ἀντίλοχος*)·ἀμύμων γ. 111. *Κλυτόνηος* ἀμύμων θ. 123. semel sicut omnes casus obliqui et nom. plur. post tertium trochaeum: ἀμύμων *Βελλεροφόντης* *Z*. 190. ἀμύμονος ἰητῆρος *Δ*. 194. *Λ*. 518. 835. ἀμύμονος *Αἰακίδαο*

Π. 140. 854. ἀμύμονος Ἀντιλόχοιο *Ψ.* 522. δ. 187. λ. 468. ω. 16. ἀμύμονος Αἰγίσθοιο α. 29. ἀμύμονος Ἀλκινόοιο ϑ. 118. 419. ἀμύμονος ἀνδρὸς ἄκοιτιν φ. 325. ἀμύμονος Ἀγχίσαο *E.* 247. (nomine praeposito) (Πατρόκλοιο) ἀμύμονος. *P.* 10. 379. Ἀχιλῆος ἀμύμονος *P.* 186. *X.* 113. (*Π.* 854). Πηλῆος ἀμύμονος *Τ.* 206. λ. 494. 505. Νηλῆος ἀμύμονος *Λ.* 692. Ὀδυσῆος ἀμύμονος β. 225. ξ. 159. π. 100. ρ. 156. τ. 304. 456. υ. 209. 231. φ. 99. Σαλμωνῆος ἀμύμονος λ. 236. (*Σ.* τ' ἄδικος — Hes. fr. 32, 5). Τελαμῶνος ἀμύμονος λ. 553. παιδὸς ἀμύμονος *Ω.* 85. ϑυγατρὸς ἀμύμονος δ. 4. πατρὸς ἀμύμονος η. 29. βασιλῆος ἀμύμονος τ. 109. ἀμύμονι Βουκολίωνι *Z.* 22. ἀμύμονι Πουλυδάμαντι *M.* 88. *Ξ* 469. ἀμύμονι δῶκεν ἑταίρῳ *P.* 698. ἀμύμονι Πηνελοπείῃ ω. 194. ἀμύμονα Πηλεΐωνα *B.* 674. 770. *I.* 181. 698. *K.* 323. *P* 380. *X.* 278. λ. 470. 551. ω. 18. ἀμύμονα Βελλεροφόντην *Z.* 155. 216. ἀμύμονα Γοργυθίωνα *Θ.* 302. ἀμύμονα Πουλυδάμαντα *Λ.* 57. *N.* 790. ἀμύμονα Δηϊοπίτην *Λ.* 420. ἀμύμονα Δευκαλίωνα *N.* 451. ἀμύμονα Πήδασον ἵει *Π.* 152. (Achillis equus) ἀμύμονα Λαομέδοντα *Τ.* 236. ϑ. 117. ἀμύμονα Πείρεω υἱὸν *Τ.* 484 (Ῥίγμον). ἀμύμονα (τέτμεν) ἄκοιτιν *Z.* 374. ν. 42. ἀμύμονα μητέρα τέτμῃς ο. 15. ἀμύμονα νείκεε κούρην η. 303. υἱὸν ἀμύμονα *Δ.* 89. *E.* 169. *Σ.* 55. *Φ.* 546. ἕταρον ἀμύμονα *Ψ.* 137. Φαίηκες ἀμύμονες ϑ. 428. παῖδες ἀμύμονες *K.* 170. *Ξ.* 115. *Τ.* 231. (πύγμαχοι) ἀμύμονες ϑ. 246. μετ' ἀμύμονας Αἰϑιοπῆας *A.* 423. (ἡνιόχους) ἀμύμονας *Λ.* 161; tum de rebus in fine legitur οἶκος ὅδ' ἀφνειὸς καὶ ἀμύμων α. 232. μῆτις ἀμύμων ι. 414. atque post tertium trochaeum (αἶνος) ἀμύμων ξ. 508. ἀμύμονος ὀρχηϑμοῖο *N.* 637. ψ. 145. ἀμύμονος ἕρκεος αὐλῆς χ. 442. 459. μῆτιν ἀμύμονα *K.* 19. κατὰ ϑυμὸν ἀμύμονα *Π.* 119. κ. 50. π. 237. ἀμύμονα ἔργα ἰδυίας *I.* 128. 270. *A.* 245. ω. 278. ἀμύμονα ἔργα ἰδυῖαν *Ψ.* 263. — Qua exemplorum copia, credo, adfirmare licet reliquos versus ubi vox ante ultimum pedem conlocata est recentioribus Homeridis tribuendos esse qui formulae speciem parum perspectam habuerunt: *Z.* 171 ὑπ' ἀμύμονι πομπῇ, *O.* 463: ἐν ἀμύμονι τόξῳ, μ. 261: ἀμύμονα νῆσον, ω. 80: ἀμύμονα τύμβον, atque τ. 332: ὃς δ' ἂν ἀμύμων αὐτὸς ἔῃ καὶ ἀμύμονα εἰδῇ, μ. 167, ubi in schol. H. οὖρος ἀμύμων est, nunc ἀπήμων legitur. Ergo ex ea quoque argumentandi ratione quam e propriae

sedis observatione derivamus aliquid emolumenti redundat ut vocem pro certissimo vestigio ex Aeolica poesi in carmina Homerica recepto iudicandam esse contendamus; probavit autem Aeolismum rectissime Curtius p. 668. Offensio vero erat viris doctis quod α. 29 Aegisthus, homo sceleratissimus, eodem nomine honorabili decoratus est; Eustathius quidem p. 1857, 43 sic locutus est: ἀμύμων καὶ Αἴγισθος καὶ ἕτεροι, φαῦλοι μὲν ἄλλως, ἄμωμοι δὲ κατ' ἀνδρίαν ἢ γένος ἤ τι τοιοῦτον, quam interpretationem C. F. Ameisius adripuit ab H. Webero in Philol. XVI. p. 712. 713 sic notatus: „α. 29 ist ἀμύμων falsch erklärt nach der herrschenden Tradition, es heisst „stark" und hängt mit ἀμύνω zusammen, dadurch fällt die an der Stelle gegebene zu feine Unterscheidung weg" (quam originationem Hirzelius quoque fovere videtur p. 26) atque: „ν. 42 kehrt ἀμύμονα in dem Sinn: unbescholten wieder, der etymologisch nicht zu erklären ist." Sed vereor ne cum optimo praeceptore meo facere non possim; neque enim quicquam Aeolismo obstare video neque intellego quomodo ἀμύμων aptius ab ἀμύνω descendat. Scrupulum autem quem loco inesse nemo negabit convenientissime expellit Kirchhoffii, viri praestantissimi, egregia observatio quam in scholis proposuit, versus α. 29—31 pessime ex δ. 187—89 transcriptos atque nomen Ἀντιλόχοιο inepte in Αἰγίσθοιο mutatum esse, cuius argumentum in eo maxime versatur quod aliis locis semper post versum τοῖσι δὲ μύθων ἦρχε κτλ. statim verba ipsa dicentis addita sunt.

2) Dubitanter huc traxerim nomen Φόρκυν quo in Iliade Phrygum dux, in Odyssea marinus deus significatur. Lobeckius in parall. p. 200 adnotavit: ‚nomina in υν terminata pauca sunt — largius multo proliziusque fluunt substantiva in ων'. De illis igitur apud Herod. π. καθ. πρ. I. 18, 14 accipimus haec: τὰ εἰς $\overline{\text{υν}}$ λήγοντα βαρύνεται ἐξαιρέτως παρὰ τοῖς Αἰολεῦσιν Φόρκυν Πόλτυν Γόρτυν Κότυν Κάπυν μόσυν τέκτυν κίνδυν, e quibus π. παθ. II. 369 sec. Arcadium Κότυν Κάπυν μόσυν κίνδυν et π. κλίσ. ὀνομ. II. 628 sec. Choeroboscum Πόλτυν Κότυν Κάπυν τέκτυν κίνδυν desiderantur. Κότυν et Κάπυν ignota, Κάπυς et Κότυς notissima esse Lobeckius addidit, quod etiam valet de Πόλτυν; itaque ex Herodiani disciplina concludere licet

accusativos pro nominativis sumptos esse neque dubius sum quin gen. *Πόλτῦνος* ad *Φόρκῦνος π. διχρόν.* II. p. 10, 19 arbitrio adaptatus sit; *κίνδυν* vero quo Alcaeus usus esse dicitur (Ahr. I. p. 121), cuius genetivus *κίνδυνος μετάγεται εἰς εὐθεῖαν καὶ γίνεται ὁ κίνδυνος ὥσπερ ὁ ψὰρ τοῦ ψαρός καὶ ὁ ψαρός κτλ.*, v. *π. κλίσ. ὀνομ.* II. p. 727, 28, atque *μόσυν* quod forsitan vox peregrina fuit[23]), segreganda videntur; remanent igitur praeter *τέκτῦν* quod in reliquis casibus brevem habet vocalem (Ahr. I. 98: *ῠ*, Bergk. fr. S. 91, 2: *ο*), *Φόρκυν* et *Γόρτυν* quae fortasse Aeolica fuerunt pro *Φόρκων* et *Γόρτων*; sed etiam Creticae urbis nomen minus premo. Legitur autem *Φόρκῦνα P.* 312. *Φόρκῦνος α.* 72. *ν.* 96. 345. (Hes. th. 336.) *Φόρκῦς B.* 862, contra accusativus *Φόρκυν P.* 218. 318. (th. 237 in fine et *Φόρκυι* th. 270. 333) ante consonas, ut de vocalis quantitate dubitari possit; Herodianus vero brevem eam esse recte, credo, *π. Ἰλ. πρ.* II. p. 105 posuit: *ὡς βότρυν, ἀπ' εὐθείας τῆς εἰς ς ληγούσης* (*π. κλίσ. ὀνομ.* II. p. 720, 20: *ἀπὸ τοῦ ὁ Φόρκυς*); ad *Φόρκῦνα* ibidem sic adscripsit: *ἡ αἰτιατικὴ ἀπ' εὐθείας τῆς εἰς ν. τὸ δὲ τοιοῦτον ἴδιον ποιητικῆς* (*ὡσαύτως καὶ ἡ Γόρτῦνα αἰτιατικὴ B.* 646. *ἀπὸ τῆς Γόρτυν εὐθείας, ὁ δὲ Γόρτυν ἀπὸ τῆς Γόρτυς. π. κλίσ. ὀνομ.* II. 720, 22); *Γόρτῦνος* praeterea reperitur *γ.* 294. Itaque Herod. cum nominativum ex accusativo repetisset, vocalem *υ* nominativi ubique brevem, contra casuum obliquorum longam esse sibi persuasit (*π. διχρ.* II. 10, *π. ὀνομ.* p. 628, 25 cum Lentzii adn.), alii vero semper productionem defenderunt sicut Tyrannio quem ille in Il. pr. his verbis usus notavit: *οὐχ ὑγιῶς δὲ ὁ Τυραννίων ἐκτείνει τὸ ῡ, ἐπεὶ εὑρέθη, φησί, καὶ ἡ εὐθεῖα ἐκτεινομένη: Φόρκυς αὖ Φρύγας ἦγε B.* 862. *ἐκεῖ γὰρ τὸ μέτρον κατήπειγεν, ἐνθάδε δὲ οὐδὲν κατεπείγει*, quae causa nihili est. Sed uterque videtur errasse; mihi quidem ea ratio adridet ut duas formas alteram *Φόρκῠς*, *Φόρκῡν* alteram quam *B.* 862 restitui velim*) fuisse ponamus cum Aeolicis

23) V. Lobeck. parall. p. 16: Neque tamen inprobem Kruegeri iudicium ad An. V. 4, 15, Xenophontem μοσύνοις scribere maluisse quam μόσυσι soni causa nisi forte nominativum ipsum μόσυν repudiavit propter terminationem Aeolicam magis quam Atticam.

*) Quod cum scriberem, me prorsus fugerat Hartelium p. 449 obser-

χέλυς (χέλυ voc. ap. S. fr. 45, 1) et χέλυννα pro χελώνη conparantes, v. Ahr. p. 98. Scilicet fortasse Phrygio duci antiquis ex carminibus Aeolicum nomen sicut Priami filio Pammoni (n. 18) erat inditum.

B. ω pro ου.

3) Perdifficile de forma βῶν *H.* 238 (clypeus pellibus taurinis instructus) iudicari potest, quae a schol. Dorica ου in ω mutatione, ab Herodiano π. μον. λέξ. 7, 24 et a Prisciano Aeolica, in E. M. p. 277, 20 Ionica, ab Arcadio κατὰ διάλεκτον τροπῇ explicatur pro βοῦν (v. Ahr. II. p. 165. 166. n. 16. 17. p. 27. n. 6. I. p. 94). Hoc quidem Aristophanes Byzantius legi voluerat, in cuius sententiam concessit Nauckius fr. Ar. p. 54 βῶν utpote e falsa palaeographica interpretatione natum autumans. Sed lapsus est quia βοῦν habet genuinam diphthongum per ου scribendam, non sonum productione ortum. Didymus autem (M. Schmidt. p. 131) sic adhibuit: βῶν· οὕτως αἱ Ἀριστάρχου βῶν σὺν τῷ ν. ἡ Ἀριστοφάνους βοῦν. τινὲς δὲ ἔξω τοῦ ν βῶ καὶ μήποτε πιθανῶς, ἀντὶ τοῦ βόα, ubi schol. V. pro τινὲς Herodiani nomen inculcasse Lentzius p. CXIX censuit (v. Lobeck. path. el. I. p. 256. II. p. 108). Nescio an non recte Herodiano eadem explicatio vindicetur, qui Aeolismi favori velificatus est scripturam βῶν praeferens; potuit enim βῶν Aeolice pro βόα(ν) habere sicut χρῶν ap. S. fr. 2, 10 ab Ahrensio I. p. 113 restitutum, a Bergkio quidem repudiatum pro χρόα Homerico et Attico exstat (cf. πείθων pro πειθόα = πειθώ, αἴδων pro αἰδόα = αἰδώ). Nostrates autem formam βῶν duplicem contractionem passam esse statuerunt: primum βοείην correptum in βοέην (pellis taurina, *v.* 2. 142. βόεια *Δ.* 122. βοείας ἀσπίδας *E.* 452/3. *M.* 425/6. βοείας pro subst. *Δ.* 162. *P.* 389. 492. *Σ.* 582. *X.* 159 etc.) in βοῆν, tum Ionice οη in ω transisse, ut est in ἀγνώσασκε ψ. 95. ὀγδώκοντα *B.* 652. βώσαντι *M.* 337. ἐπιβώσομαι α. 378 (ἔβωσε v. Renner. I. 1. p. 184) βωθεῖν (v. Grasshof. in Diar. Ant. stud. p. 586. (1837). Bekk. sched Hom. I. p. 231), quae ratio e notione per se probabile videtur, sed quia talis contractio certis exemplis caret reicienda est; itaque non

vasse, terminationes υς υν ab initio semper longas fuisse; ergo Φόρκυς B. 862 forsitan recte se habet quamvis in parte recentissima.

adiectivum ἡ βοίη scil. δορὰ pro substantivo sed nomen ἡ βῶς vel ἡ βοῦς ad quod pertinent τυκτῇσι βόεσσιν M. 105. βόας αὔας M. 137. accipere praestat. Tamen si Aeolica flexio βῶν pro βόα(ν) minus placet, sed diphthongi ου mutatio pro Ionico βοῦν facta esse putatur, ω bifariam explicari potest, aut mera diphthongi mutatio est sicut in Doric. Aeol. Ion. ὦν pro οὖν Dor. Ion. πώλυπος pro πούλυπος (Ahr. II. p. 166—168) Dor. Aeol. ὤρανος pro Ion. vulg. οὐρανός [nato non productione suppl. e ϜόρϜανος (Legerlotz. in Kuhn. ann. X. p. 372, sed e Ϝορανὸς vel contractione per ὀορανὸς (v. Curt. p. 532. Hirzel. p. 39, n.), unde ὄρανος Aeolum proprium digammo abiecto simplex est, vel productione quae tamen Brugmani IV. p. 135 sq. ratio mihi non extra dubitationem posita est] in Dor. Hom. ὦλαξ ὦλξ pro αὖλαξ in Ion. τρῶμα pro τραῦμα (v. Christ. p. 29. Legerlotz. p. 372.), aut ω in οϜ litterarum locum successit, ut βῶν pro βόϜν esset sicut Arcadica et Dorica ἱερῆς Τύδης βασιλῆς (ης pro εϜς) (cf. Gies. p. 126. Ahr. I. p. 233. II. 236. Brugman. p. 134. 159. 168. Meister. IV. p. 392) et Ionica πλώω ῥώω pro πλόϜω ῥόϜω (cf. Aeol. πλεύ-ω alia), quae non cum Curtio πλούω ῥούω fuisse p. 527 dixerim (v. tamen p. 524 et Erl. p. 53 ubi item πάτρως e πάτροϜ-ς explicatur). Quamquam autem de formationis dialecto minime tota difficultas e medio tollitur, tamen ex adlatis exemplis perspicuum est Dorismum Homericum nulla re satis commendari, ergo vel Aeolismum vel Ionismum necesse est ponamus; sane quod omni scrupulo liberum sit nullusdum obtulit.

4) Forma Διώνυσος vere Boeotica (v. Boeckh. c. i. Gr. I. p. 722. Ahr. I. p. 201.) quaeritur quo iure apud Homerum Z. 132. 135. (v. Herod. π. παθ. II. 364: ἀεὶ δέ ἐστιν ἡ ἔκτασις παρὰ τῷ ποιητῇ διὰ τοῦ ω μεγάλου καὶ τοῦ υ μακροῦ) Ξ. 325. (ubi a schol. etiam Διώνυξος refertur, v. Ahr. I. p. 46 n. 2) ω. 74. (verum λ. 325. Διονύσου) legatur. Vocalem autem ω productione suppletoria ortam esse patet ex Aeolico Ζόννυξος (Ahr. I. 59) quod Ahrens. in Philol. XXIII, p. 210. pro Διοςνύχιος a rad. snih (humidum esse) = ‚Zeusfeucht' quo ad litteras pertinet non male derivavit, cuius rationem minime infregit Brugmanus p. 96 Διω ex ΔιϜο prodiisse ratus. In

libris igitur antiquissimis erat *ΔΙΟΝΥΣΟΣ*, quod diverso modo poterat legi: *Διόνυσος Διώνυσος Διούνυσος*. Sed formam forsitan ex Boeotica dialecto ab Homeridis adoptatam esse nemo, puto, contendet; potius, cum ω cum Iadis consuetudine pugnet, formam τοῖς μεταχαρακτηρίζουσιν quisquam pro *Διούνυσος*, sicut unicum ἐριούνιος legitur pro ἐριώνιος, inputet aut quod tutissimum est, veterem productionis rationem ex communi antiquitate in hoc celeberrimo nomine inveteratam haesisse sibi persuadeat.

5) Ameisius p. 24 Aeolicam productionem in vulgaribus adiectivis ἀνώνυμος δυςώνυμος aliis de quorum vocali υ pro ο non solum Aeolica sed communi iam dixi, agnoscendam esse statuit pro Ionico οὔνομα Aeolicum ὤνυμα subponens. Licet autem recte se possit habere, minime probabile est; plane vero eadem condicione utitur vox πανήγυρις, cuius productio non ex Aeolide patet, atque plurima alia vocabula praebent in commissura duarum vocum productam vocalem: γαμψώνυχες κρατερώνυχες καταρυχής οἰκωφελίη εὐήμενος ὑπήκοος δυςήρετμος alia (cf. Bekker. sched. Hom. I p. 278. 280. Hartel p. 396). Christius quidem contractionem exstitisse ὁμο-ονυμος κρατερο-ονυξ autumavit p. 53, Curtius vero de temp. et mod. p. 144. σοφώτερος ἀνώνυμος ἡμιώβολος δολιχήρετμος ἠνεμόεις euphonicae rationi productionem debere probavit, quia Graeca lingua plurium brevium syllabarum continuo subsequentium inpatiens fuit (v. Erl. p. 115. Hartel. p. 461); Hartelius igitur ubi liquida vocalem exciperet, etiam in mediis vocibus, in duratura illius pronuntiatione caussam producendi esse positam accepit (cf. tamen Curt. Stud. IV. p. 480. n.). Itaque Ameisii explanationi quam maxime diffido.

§. 9. De diaeresi contractione correptione diphthongorum.

Pleraque quae hac paragrapho conprehendam inmerito in Homericis carminibus ex Aeolicae dialecti consuetudinibus dicuntur explicationem habere.

1) Omnium diphthongorum rerarum [24]) ea est origo, ut vel

24) Ahrensium duo diaeresis genera distinguentem Ameisius p. 28 recte confutavit.

duae vocales quae erant seiunctae concurrant in unumque sonum conectantur vel breves amplificatione augeantur, quare satis perspicuum est ineptissimam grammaticorum de diastasi vel diaeresi diphthongorum esse opinionem. Maxime igitur haec in Aeolide usitata fuisse traditur quod praeceptum confirmant exempla servata. Multa autem antiquissimo tempore in stirpibus exeuntibus spirantem aliquam habuerant, ad quam terminationes a vocali incipientes adiciuntur; quae cum postea evanuisset, hiatus ortus est inter duas vocales, quae progressu temporis ad illum evitandum contractionem sustinebant (cf. *'Ατρεΐδας* pro *'ΑτρεϜίδας* *πάϊς* pro *παϜις* Curt. p. 270 *ἐΰς* pro *ἐσ-υς* Curt. p. 351 *δάϊς* pro *δαϜις* Curt. p. 217 etc.). Itaque syllabae in quibus contractio nondum facta est antiquiores contractis sunt neque ullius dialecti proprietatem redolent. Quare paene mirabile est dictu quod recentiores in Homericis carminibus diaeresin utpote *ἰδίωμα Αἰολίδος* admissam esse crediderunt Fosterus ap. Burgess. p. 399 E. R. Langius in Philol. IV. p. 707 Rumpfius in Iahn. ann. vol. 81. p. 581, qui in *πάϊς* et *ἐΰς* diaeresin a Bekkero in altera editione peractam propter reliqua certissima Aeolismi vestigia commendare non dubitavit, quamquam etiam apud Ionicos poetas Archilochum reliquos elegiacos et iambographos ea reperitur atque tota Ias syllabarum non contractarum semper fuit amantissima; iam Alexandrinos diaeresin quia Aeolicam existimassent, diligentissime fugisse adnotavit Kayserus in Philol. XVIII. p. 708, quam ipse p. 660—663 non bene repudiavit. Nam iure Bekkerus in patronymicis aliisque vocabulis quorum diphthongus constanter in thesin incidit duas monophthongas vocales praetulit. At ad antiquum Ionismum res relegetur necesse est (v. Bergk. hist. litt. p. 870. n. 188). — Neque Boeotica aut Aeolica dialysis quam grammatici minus adcurati ad voces Homericas admovebant maioris est pretii; sic Eust. p. 954, 53 (v. Lobeck. path. el. II. p. 78) et schol. V. ad *N*. 685 ex *"Ιωνες* *Βοιωτικῶς* *'Ιάονες* transfiguratum esse somniaverunt neque alia de causa *ῥοάων* *Γ*. 1. ap. schol. B. V. *Βοιώτιος ἡ φωνὴ* et ap. schol. E ad *δ*. 555 *Λαέρταο Βοιωτικὸν* audit pro Ionico *Λαέρτεω*; Greg. Corinth. §. 2. p. 577 Aeolicam diaeresin ad Homerica *μελισσάων* *Β*. 87. *ἐρχομενάων* *Β*. 88. spectare voluit, sed schol.

ad l. et *B.* 117: *πολλάων· ἐπέκτασις καὶ ἴδιον Ἰώνων* (schol. A.D.) adscripsit Koenio arbitro perperam, quocum facere non ausim; item a schol. ad ξ. 485. *ἐμμαπέως* explicatur: *ἀμεπῶς καὶ ἐν Ἰωνικῇ διαλύσει ἀμεπέως.* Tamen falso hic de distractione ariolantur grammatici quorum opinio etiamnunc multis magistellis valde adridet aptissimaque videtur ad solitarias formas evolvendas.

2) Vocalium *εο* in *ευ* contractionem quae apud Dores (Ahr. II. p. 213—216) atque apud Aeoles (I. p. 103) valebat, grammatici etiam in Homericis *Ὀδυσσεῦς* ω. 397. *Ἰδομενεῦς* *N.* 424 (ubi Herodianus iam apte nominativum defenderat, II. p. 675, 11—24). *Ἐρέβευς* Θ. 368. λ. 37 Aeolicam vel Doricam nominabant (v. Gies. p. 52. n., Ahr. I. 103. n. 1, II. 237. n. 6, 234. n. 4), cuius iudicii causam frustra circumspicies. Semper autem ubi apud Homerum *εο* unam syllabam efficit, *ευ* scriptum est (cf. *καλεῦντες* κ. 229. 255. μ. 249. *καλεῦντο* *B.* 684. *θάρσευς* *P.* 573. *θέρευς* η. 118. *πωλεύμεναι* β. 55. ρ. 534. χ. 352.) ita ut rectissime Ahrensius paucas formas quae praebent Atticum *ευ* (v. Lobeck. path. II. p. 88) in suspicionem vocaret in Gr. gramm. p. 56 itemque apud iambographos Rennerus p. 184 sq. Ne verbo quidem Eust. aliorum nugas cum Giesio p. 52. n. Ahrensio I. p. 118. Ameisio p. 27 repudiare opus est, cum ipsa Ionica sit illa contractio titulorum et scriptorum testimoniis certissime firmata (v. Renner. p. 180—182 Erman in diss. p. 21. n. 10 l. p. 293 sq.) etsi in titulis sub quartum demum medium saeculum *ευ* pro *εο* in orthographia adparet, verum nondum in Herodoti codicibus; scriptum igitur erat verisimiliter etiam in Homeri libris antiquissimis *εο* quod vim soni *ευ* sustinebat. cf. *ὦ Ἀχι|λεῦ Πη|λέος υἱ|ὲ* *Π.* 21. *Γ.* 216. λ 478, ubi contractio quae est in *Ὀδυ|σεῦς δὲ λαβὼν κύσε χεῖρ'*, nondum perfecta est. Eximie vero Rennerus p. 179 sic locutus est: „formas, ubi *εο* in *ευ* syllabam coit, ab Homeridis nisi ex Iade hauriri non potuisse inde apparet, quod eadem contractio praeterea tantum in Doridis specie quadam ab Homericae poesis sede satis magno intervallo remota — usitata erat.“

Non minus fortasse licet grammaticis accusativos Homericos *Τυδῆ* *Δ.* 384 (Eust. nimirum p. 487, 11. *οὐκ ἀπὸ τοῦ Τυδέα*

συνηρῆσθαι, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Τυδῆα ἀποκεκόφθαι existimavit) Μηκιστῆ Ο. 339. Ὀδυσῆ τ. 136. Doricos vocantibus (v. schol. B.L. ad O. 339. Lobeck. path. el. II p. 83. 273. Spitzner a. l. Ahrens. II. p. 237. n. 7.) fidem denegare, quia etiam apud Herod. VII. 220 in Ionicis hexametris βασιλῆ pro βασιλέα obcurrit atque Attici interdum hanc contractionis rationem secuti sunt (v. ἱερῆ in div. ap. Eur. Alc. 25. ξυγγραφῆ in cant. Aristoph. Acharn. v. 1151.); Pindarus vero e Dorico more adscivit Ὀδυσσῆ N. 8, 26. Ἀλκυονῆ N. 4, 27. I. 6, 33. (v. Peter p. 39.)

De contractione ιε in ῑ quae et Aeolum et Ionum propria fuit supra (§. 2, 5) in voce ἱερός satis monui.

Ad Aeolicam contractionem qua οο coalescit in ω nescio an fuerint qui Hom. σῶς pro σόος retulerint, cf. schol. V. ad X. 332: σῶς τινες ἐκ τοῦ σόος, ἀλλ' ἔδει σοῦς· τινὲς δὲ ἀπὸ τοῦ σάος. Ἀλκαῖος δὲ καὶ δύο οο εἰς ω συναλείφει. Sed σῶς re vera Ionice e σόος quod usitata vocalium adsimilatione pro σάος natum erat confluxit; ceterum Aeoles in hac voce σάος contractionem constanter aversati sunt (v. §. 3. 3).

8) Ad Aeolensium correptionis consuetudinem qua unum diphthongi elementum, scilicet alterum exstinguitur, quam Ameisius p. 26 apud Homerum latius patere adgressus est ostendere, exempla quae aliquo iure redeant frustra dispexi; tamen libet contra eum nonnulla protulisse. Scholiastae enim ex uberrimo elocutionis Homericae penu unam solum formam eiusmodi extricaverunt: videlicet ad vocem ἀλαοσκοπιήν eam proprietatem adhibuerunt ab ἄλη (ἀλᾶσθαι) sic derivantes: ἀλαιὸς καὶ ἀλαὸς Αἰολικῶς cf. schol. B.L. ad N. 10. Sed neque ἀλαιὸς exstat (nam in Aesch. fr. 409 Dindorf. ἀλεός correxit.) et ἀλαός vulgare est, cuius derivatio non satis enucleata est.

Praeter Aeoles saepe Attici hac adfectione usi sunt, quod e v. Eust. p. 28, 30: λέγουσιν (sc. οἱ τεχνικοὶ) ὡς διάλεκτοί τινες ἀποβάλλουσι τὸ ῑ τῆς διφθόγγου οἷον Ἀθηναῖοι μὲν τὸ κλαίει κλάει λέγουσιν, Αἰολεῖς δὲ τὸ παλαιὸς καὶ Ἀχαιὸς καὶ ἑταῖρος πάλαος καὶ Ἄχαος καὶ ἕταρος; addi autem multa possunt Attica κάω ἐλάα (v. schol. B.L. ad N. 612 ἐλαΐνῳ: παρὰ τὸ ἐλαία· ἐλαίινος γὰρ ἦν καὶ Ἀττικῶς ὑφῄρηται τὸ ῑ), ἀετὸς ἀεὶ Ἀθηνάα (v. Kirchhoff. c. i. Att. n. 351. Hermann. de emend. rat. gr. Gr.

p. 329) unde Ἀθηνᾶ ortum est ποεῖν (v. Gerth. I. 2. p. 208—212.) atque Aeolica Ἄλκαος Θήβαος Ῥώμαος ἄκμαος ἄρχαος βεβαώτερος μάομαι (S. fr. 26, tamen μαιόμενος A. fr. 25. Ahr. II. 500) Φωκάας (S. 44) Ἀθανάα (Alc. 9) Νικιάας (Theocr. 28, 9. Ahr. I. 158.) Ὑμήναον (S. 91) Μελαντάω (tit. Del. 2265[b]. 4. Ahr. II. 498.) ποεῖν (in tit. Conz. p. 29, 24. XII. A. 26. C. 19. 50.) alia v. Ahr. I. p. 100/1. Hirzel p. 33/4. neque desunt Dorica exempla (Ahr. II. 188. G. Curt. in act. soc. litt. Sax. 1864. p. 219. 220.).

Ad hunc iota eiciendi morem Aeolicum Ameisius revocat nomen Ναυσικάα, cuius iam duplex α longum eodem redire voluerat, utpote pro Ναυσικαΐα; scilicet auctor E. M. p. 598, 27 id κεκασμένη ταῖς ναυσί interpretatus est atque Ναυσικάα Ναυσικᾶ (v. Pausan. I. 22. 6. V. 19. 9) cum Ἀθηνάα Ἀθηνᾶ conparavit. Sed ut quispiam illi derivationi a verbo καίνυμαι factae adsentiri et velit et debeat, tamen huic explanationi obstat quod ne ibi quidem quid sibi velit diphthongus αι perspicitur (cf. Curt. de verb. p. 163.); ceterum neque nomen neque Phaeacea fabula Aeolicum fuit. Porro is multo confidentius νηπιάας α 297 Aeolice positum esse pro νηπιαίας (nempe νηπιαίαις) accepit atque ex νηπιάα Ionica vocalis adtenuatione νηπιέη natum esse quod legitur νηπιέῃ I. 491. νηπιέῃσιν O. 363. ω. 469. — Υ. 411, bene obsoletam opinionem refutans qua formae pleonasmo vocalium metri causa ex νηπίη (nusquam pro substantivo obvio) processisse credebantur (v. Passov. lex. Bekker. sched. Hom. I. p. 46. 167. n. sed Goettling. de acc. p. 127 iam Ναυσικάα νηπιάα ἱλάα contulit). Quae quidem explicatio rectissima est, sed non apte dialectorum rationibus vindicatur. Simile igitur iam veterum, dico Herodiani, erat iudicium π. παθ. II. 353: ἔστι νήπιος νηπιεία καὶ Ἰωνικῶς νηπιέῃ (secundum legem de qua p. 276/7 sic pronuntiavit: ὃν τρόπον οἱ Ἴωνες ἐκβάλλουσι τὸ ῑ τῶν κτητικῶν, ἤγουν τῆς ει διφθόγγου, τὸν αὐτὸν τρόπον οἱ Αἰολεῖς τῆς αι διφθόγγου ἐκβάλλουσι τὸ ῑ οἷον Θήβαος κ.τ.λ. (conparans π. Ἰλ. προσ. II. p. 61. ad Θ. 217. κηλέῳ cum κηλείῳ O. 774.) καὶ ἦν μὲν τὸ ἀκόλουθον νηπιέας, ἀλλ' ἤτοι ἀντίθεσίς ἐστι τοῦ ε εἰς α ἢ νηπίας ἐστὶν ἵνα λείπῃ „φρένας“, καὶ ἐν πλεονασμῷ τοῦ α νηπιάας. Sed forma proficiscitur ex primigenio

νηπιαjα — non tamen unquam fuit in Graecitate νηπιαία — ope suffixi *ja* deducto, cuius spirans vel antiquissimis temporibus eiecta est sicut in verbis denominativis vel in iota emollita in universa lingua sensim explodebatur sicut in nom. propr. Ἑρμείας et Ἑρμέας Αἰνείας et Αἰνέας vel adiect. κήλειος et κήλεος κήδειος et κήδεος aliis vel vulg. ἀεὶ pro αἰεὶ ἐὰν pro εἰάν, v. Christ. p. 47; minime vero haec correptio Aeolidis cancellis potest coerceri. Neque vocalis ε magis Ionica est quam α quamquam in Iade vocalis ε studium latissime patuit; nam in antiquo Ionismo quem deprehendimus in Homericis carminibus vocales vicinae saepissime ad se invicem adsimilabantur, unde ante α terminationis thematica genuina vocalis remansit, contra η eam sui similiorem reddidit in ε, cf. Curtium Erlaeut. p. 98/9. Male porro Eust. et Greg. Cor. de dial. Aeol. §. 33 p. 609 ἕταρος ἐξαιρέσει τοῦ ῑ pro ἑταῖρος positum Aeolidi tribuentibus Ameisius auscultavit; potuit enim cum eodem hanc correptionem et hoc exemplum etiam Atticis et Doribus (v. de dial. Att. §. 30. p. 75.) et Ionibus (de dial. Ion. §. 53. p. 457.) vindicare, quod gramm. Augustanus quoque probavit de dial. Att. §. 7. p. 672; fortasse etiamsi memor fuisset, eodem Homericam vocem ἀμνίον γ. 444 traxisset quam apud Hierapytnaeos Cretenses αἱμνίον audivisse Porsillus testis est, quod Homero Apollodorus Atheniensis restitui suaserat (cf. schol. Herod. π. Ὀδ. πρ. II. p. 138. Lentz. ad I, 360. Eust. p. 1467, 37. Laroche p. 75.), (= τὸ αἱμοδόχον ἀγγεῖον v. Et. M. 84, 40. Hesych. Suidam, etsi alii aliter derivarunt Zenodotus δάμνιον Nicander et Theodoridas a δάμνασθαι alii ἀμένιον = στερητικὸν τοῦ μένους, τουτέστι τῆς ψυχῆς vel sec. Eust. ἤγουν αἵματος, v. Gaisfordii not. ad E. M. Duentzer de Zen. p. 29). Ac mirum quidem est quod nemo veterum de Aeolico accentu et spiritu mentionem fecit. Sed ne in forma ἕταρος quae in Iliade si recte conputavi neque loci oculos fugerunt septuagies sexies, in Odyssea nonagies quater legitur pro vulgari et Ionica ἑταῖρος quae exstat in Iliade centies vicies, in Odyssea centies quadragies ter, semper apud Herodotum (et ἑτάρη Δ. 441. ἑταρίσσαιτο Ν. 456. contra ἑταίρη Ι. 2. ρ. 271. ἑταιρίσσαι Ω. 335.) Aeolicae dialecti ab Homeridis inmixtae agnoscamus documentum, obstat

ipsa Aeolis quae mox ἑταίραις (ap. S. fr. 11.) ἕταιραι (fr. 31.) mox ἐτάρας (fr. 83.) usurpavit, quod Ahrensius quidem etiam in ἑταίρας mutare voluit in Mus. Rhen. vol. I. p. 395, de dial. II. p. 545; certo ἕταιρος vere Aeolicum erat. Ac ne constat quidem ἕταρος (Christ. p. 251) correptione ex ἑταρjος progerminasse; Curtio quidem iudice p. 303 ἕτ-αρο-ς (quod pessime Sengebuschius in diss. Hom. II. p. 96 τροπῇ κατὰ διάλεκτον pro ἕτερος esse imaginatus est) antiquius est quam ἑταῖρος alterius terminationis αριο-ς ope a stirpe deductum sicut μάγειρος e μάγαρος subposito ὄνειρος ex ὄναρ. — Denique formas Homericas βόλεται Λ. 319 ἐβόλοντο α. 234 βόλεσθε π. 387 quae non ex aliis dialectis, minime ex Aeolide lucem accipiunt hic adposuit; verbum sane ab usu communi longe remotum (omnino nullum reperitur verbum in ω barytonum quod ο in penultima habeat), sed Ionicum est, v. Lobeck. Rhemat. p. 110. Notissimum igitur est maxime ex Aeolico βόλλομαι quod usque ad recentissima Graecitatis tempora nusquam alteram liquidam extrivit, vulgare βούλομαι spirante vel nasali — utrum *j* fuerit quod suadet got. viljan (cf. Legerlotz. in Kuhn. annal. X. p. 372) an nasalis *n* quod Christius p. 229 (aliter p. 178.) Curtius p. 502 de verbo p. 245 Brugmanus p. 121 maluerunt diiudicare nequeo — eiecta productione suppletoria prognatum esse; cf. Dor. et Boeot. βώλομαι Ahr. I. 201. II. 160. Buttmannum quidem in lexil. I. p. 27—30 discrepantiam ex incerta vocalis ου natura repetentem iam recte Spitznerus ad Λ. 319 confutavit; nam productio vicaria semper effecit longum sonum qui non corripi potest. Nevius vero Alcaicum ὄρανος (male quia non erat post liquidam spirans) et Gelbkius p. 25 praeterea κόρος Aeolicum contulerunt; sed optime Seidlerus in vet. Mus. Rhen. v. III. p. 189 haec obposuerat: ‚dass βολὰ und βόλεσθαι von den Aeolern gesagt — ist, lässt sich sehr bezweifeln; Homer braucht βόλεσθαι, bei dem es gewiss nicht für βόλλεσθαι steht, indem diese Gattung von Aeolismen dem Homer fremd ist.' Ex Iade autem ipsa forma βόλομαι quae iuxta βούλομαι erat in Graeca lingua (cf. Arcadic. βολόμενον et Cypricum βόλε v. Gelbk.) satis patet si conparantur δόρυ γόνυ vel μέσος ὅσος similia, cf. Curt. Stud. I. p. 250/1. vel terminatio statim ad meram stirpem βολ- (cf.

volo) adiecta est (cf. θέλω κέλομαι μέλω κέλω Curt. de verb. p. 207.). Aliae etiam duplices formae in quarum altera spirantis *j* vestigium perspicuum in altera exstinctum est in Homericis carminibus haud raro leguntur: αἰδέομαι *Z.* 442. — αἰδομένων *E.* 531. etc. μαχέονται *B.* 366. — μαχόμεσθα *H.* 352. μεδέων *Π.* 234. μεδήσομαι *I.* 650. — μέδων α. 72. μέδοντο *Ω.* 2, de quibus egit Curtius de verbo p. 385 sq. 295.

Sed iam tempus est de formis aliquid dicere.

Caput tertium.

De nominum declinatione.

§. 10. De quibusdam terminationibus.

Quoniam de permultis quae huc pertinent iam supra disputatum est paucis hoc loco de terminationibus adnotabo. Sunt igitur omnes fere aeque ex antiquissima memoria in tota vetere lingua omnibusque dialectis conservatae, quae grammatici suo more certis dialectis vindicarunt ex hisque ad aliarum voces explanandas temere ac sine ratione adhibuerunt.

1) Genetivorum primae declinationis in αο et αων quorum usus Aeolidi vel Boeoticae dialecto tribuitur contra Ionicum -εω et -εων exempla Homerica haec obtulerunt: Λαέρταο Βοιωτικόν pro Ion. Λαέρτεω δ. 555. ῥοάων *T.* 1. Βοιώτιος ἡ φωνὴ μελισσάων ἐρχομενάων Aeolica (v. §. 9, 3.) κεφαλάων Aeolicum pro Dorico κεφαλέων *Γ.* 273 (v. Herod. π. καθ. II. p. 229) alia.

2) Plena genetivi sec. decl. forma οιο quae ex genuino suffixo *o*-σ*j*o sibilante eiecta orta est, posteriore vero tempore etiam vocali ι explosa apud Aeoles et Dores in ω apud Iones et Atticos in ου coaluit grammaticis magno consensu Thessalica fuit, nonnullis etiam Aeolica et Boeotica (v. Ahr. I. p. 111. 204. 221. II. p. 510: θεοῖο); at Homerus certo ex consuetudine antiquissima a qua verisimiliter ne Ionismus quidem vetus abhorruit eam adscivit. In cassum vero Ameisius p. 41 genetivos in αο αων οιο cum forsitan Homerica aetate in vivido Ionum sermone exolevissent, ex Aeolica poesi retentos

esse statuerat, quia nullo modo potest demonstrari totam Homericam poesin ideoque omnes antiquas formas ab Aeolensibus pendere (cf. part. alt.); neque in ea re quicquam ex Aristarchi auctoritate οιο a Thessalis repetentis proficitur, (v. Bergk. hist. litt. p. 853. n. 139.).

3) Antiquam terminationem φι pro genetivo et dativo Homeridis quam maxime adsuetam grammatici mox ex Aeolica mox ex Boeotica dialecto in epicam linguam manasse tradiderunt (v. schol. V. ad *Γ.* 338: παλάμηφι παραγωγὴ Αἰολικὴ vel πασσάλοφιν (*Ω.* 268. *ϑ.* 67. 105) ap. Hesychium σχηματισμὸς Βοιώτιος audiens, Ahr. I. p. 109. 203).

4) Longior dativorum plurativorum terminatio -εσσι (pro -εσFι) apud Homerum saepius a schol. D. ad *A.* 4 (κύνεσσιν ἀντὶ κυσὶν Αἰολὶς ἡ διάλεκτος) ab Eust. p. 20, 2. Tzetza aliis (v. Ahr. p. 66. n. p. 115. n. 6) Aeolica, sed a schol. cod. Paris. in voce πτερύγεσσιν *β.* 149. Ἀττικὸν ἰδίωμα vocatur. Nam praeter Aeoles, Dores (Ahr. II. p. 229 sq.) etiam Attici ab antiquo tempore eam usurparunt, v. Gerth. I. 2. p. 254.

§. 11. De prima declinatione.

1) Peculiaris Aeolismus est vocativus Homericus νύμφα cuius vocalis correpta est *Γ.* 130. *δ.* 743 qui etiam apud S. fr. 105 legitur; recte igitur Choeroboscus iam inter vestigia Aeolica retulerat, v. Ahr. I. p. 109. II. 510.

2) Multo inplicatius est iudicium de brevibus nominativis in α pro ης exeuntibus qui apud Homerum exstant: νεφεληγερέτα Ζεὺς *A.* 511. 517. 560. *Δ.* 30. *E.* 764. 888. *H.* 280. 454. (*Θ.* 38.) *Θ.* 469. *K.* 552. *Λ.* 318. *Ξ.* 293. 312. 341. *O.* 220. *Π.* 666. *P.* 198. *Υ.* 19. 215. *X.* 182. *Ω.* 64. *α.* 63. *ε.* 21. *ι.* 67. *μ.* 313. 384. *ν.* 139. 153. *ω.* 477.[25]) στεροπηγερέτα Ζεὺς *Π.* 298. (ex ἐγείρω conp.) μητίετα Ζεὺς *A.* 175. *B.* 197. 324. *Z.* 198. *H.* 478. *Θ.* 170. *Λ.* 278. *O.* 377. 599. *Π.* 249. *Ω.* 314. *ξ.* 243. (*π.* 298.) *υ.* 102.[26]) εὐρύοπα Ζεὺς *E.* 265. *Θ.* 442. *I.* 419. 686. *N.* 732. *Ξ.* 203. *O.* 724. *P.* 545. *Ω.* 296. *β.* 146.

25) Genet. Διός νεφεληγερέταο E. 631. 736. Θ. 387. O. 154. Υ. 10. Φ. 499.

26) Vocat: μητίετα Ζεῦ A. 508. I. 377. K. 104. M. 279. 292.

γ. 288. *δ*. 173. *λ*. 436. *ξ*. 235. *ρ*. 322. *ω*. 554.[27]) *ἱππότα Νέστωρ* *B*. 336. 463. 601. *Δ*. 317. *H*. 170. 181. *Θ*. 113. 151. *I*. 52. 162. 179. *K*. 102. 128. 138. 143. 157. 168. 203. 543. *Λ*. 516. 655. *Ξ*. 52. — *γ*. 68. 102. 210. 253. 386. 397. 405. 417. 474. *δ*. 161. *ἱππότα Τυδεὺς E*. 126. *ἱππότα Πηλεὺς Π*. 33. *Ψ*. 89. *ἱππότα Φυλεὺς B*. 628. *ἱππότα Οἰνεὺς Ξ*. 117. *ἱππηλάτα Νέστωρ γ*. 436. 444. *ἱππηλάτα Τυδεὺς Δ*. 387. *ἱππηλάτα Πηλεὺς H*. 125. *I*. 438. *Λ*. 772. *Σ*. 331. *ἱππηλάτα Οἰνεὺς I*. 581. *ἱππηλάτα Φοῖνιξ I*. 432. *Π*. 196. *T*. 311. *ἠπύτα κῆρυξ H*. 384. *αἰχμητὰ Λυκάων E*. 197.[28]) constanter in versuum clausulis, praeter *κυανοχαῖτα Ποσειδάων N*. 563. *Ξ*. 390.[29]) *Ἑρμείας ἀκάκητα Π*. 185. *ω*. 10. quae semper versum incipiunt et formam *Θυέστα* quae est in medio versu indubie spurio *B*. 107. Extra Homerica autem carmina solum in titulo Eleo c. i. Gr. n. 11. *τελέστα* (iuxta *Fέτας*) et in tit. Cephalenio *ναῦτα* deprehenduntur (v. Ahr. II. p. 584.); praeterea lux e tota Graecitate non adportatur. Greg. quidem Cor. de dial. Aeol. §. 25. p. 603 *Ἀρχύτα Ὑβραγόρα* addidit, quae quo pertineant non patet. Sed ipsi grammatici minime crediderunt formas iustos nominativos esse, verum ex enallage casuum extricaverunt, quia iam pridem, quod pro certo poni potest, vera ratio oblitterata fuit. Nam ut hic de Homeridarum usu taceam, posteriores epici qui Homerica carmina imitati sunt Antimachus Aratus (cf. Phaen. v. 664. gen. *ἱππότᾱ*, Bekk. sched. Hom. I. p. 160.) formas utpote „monoptota quae pro omni casu una eademque terminatione funguntur" (Prisciani verba sunt V. 13. §. 70) genetivorum dativorum accusativorum loco admiserunt de qua re luculente exposuit Lobeckius in paralip. I. p. 183—185. Neque aliter Alexandrinos iudicasse docent scholia: cf. A. ad *Π*. 185: *ἀκάκητα, ἡ διπλῆ ὅτι τῇ προςαγο-*

27) Vocat. εὐρύοπα Ζεῦ Π. 241 eandem sedem obtinent. De accusativis εὐρύοπα Ζῆν εὐρύοπα Κρονίδην infra disseram.

28) Forma semel tantum adhibita est in singulari libro E, contra saepius αἰχμητὴς Γ. 179. P. 588. β. 19 eiusque inclinamenta obcurrunt.

29) Praeterea habes haec κυανοχαίτης Υ. 144. ι. 536 ἐνοσίχθονι κυανοχαίτῃ γ. 6. ἵππῳ — κυανοχαίτῃ Υ. 224. voc. γαιήοχε κυανοχαῖτα Ο. 174. 201. ι. 528; reliquos vulgares vocativos δολομῆτα τοξότα ἠπεροπευτά non curavi.

ρευτικῇ ἀντὶ τῆς ὀρθῆς κέχρηται ἀντὶ τοῦ ἀκακήτης schol. Harl. ad ω. 10: ἀκάκητα ἀπὸ αἰτιατικῆς εἰς εὐθεῖαν πεσὸν ἀπὸ τοῦ ἀκάκης κλιθεὶς ὁ ἀκάκητος (scribendum puto ἀκάκητα) schol. A. ad *B.* 107 ὅτι κλητικὴ ἀντὶ τῆς ὀρθῆς· Θυέστα ἀντὶ τοῦ Θυέστης schol. A. ad *A.* 175 καὶ ἱππηλάτα ἀντὶ τῆς ἱππηλάτης καὶ νεφεληγερέτα ἀντὶ τοῦ νεφεληγερέτης καὶ κυανοχαῖτα ἀντὶ τοῦ κυανοχαίτης alia (cf. Friedlaender. fr. Aristonici π. σ. Ἰλ. p. 18. Lehrs. Arist. p. 260.). Ac non dubium est quin ex hac formarum interpretatione accentus vulgaris eorum nominativorum (§. 1. 1.) secundum „homotoniae primi et quinti casus regulam" (Lobeck.) descenderit; neque aliter de ἀκάκητα et εὐρύοπα statuendum esse existimo, quas Aristarchus non a nominativis in -ητης et -οπης terminatis sed ab ἀκάκης (s. schol. H. ω. 10) et εὐρύοψ, etsi eius nullus reperitur casus, quod Lobeckius obposuit, derivasse videtur, cum reliqui grammatici Ptolomaeus Ascalonita Tyrannio Amisenus Pamphilus (v. Lehrs. Planer de Tyr. p. 27) Herodianus (ad *A.* 508. 540.) quos Bekkerus nuper secutus est etiam hic analogiam aliorum defendere voluissent. Sed Aristarchum Aeolico modo tenorem retraxisse (v. §. 1. 1) mihi quidem parum probabile est; profecto grammatici, maxime Herodianus eius rationis mentionem iniecisset. Diversis autem dialectis haec consuetudo tribuitur. Apollonius scilicet Dyscolus de synt. p. 214, 4 (ap. Ahr. II. p. 221. n. 4.) sic scripsit: ἡ κλητικὴ ἀντ' εὐθειῶν παραλαμβάνεται κατὰ Μακεδονικὸν ἔθος ἢ Θετταλικὸν ὡς οἱ πρὸ ἡμῶν τὸ τοιοῦτον ἐπιστώσαντο, ex quo Priscianus XVII. c. 17. §. 208. II. p. 105 ed. Krehl. hausit: „Macedones autem et Thessali e contrario vocativos solebant pro nominativis proferre, *B.* 107. Θυέστα. Hic vocativus est pronom. -τα dixit pro -της. Unde Romani frequentissime huiuscemodi nomina et maxime appellativa per vocativum Graecum, etiam pro nominativo suo proferunt." Herodianus quidem π. κλίσ. ὀνομ. II. p. 635, 7 eos tantum ποιητικῶς μεταπλασθέντας nominavit, contra Eudaemon Pelusiata item Macedonibus (v. schol. P. ad γ. 68. Eustath. 1857, 18. Sturz. de dial. Mac. et Alexandr. p. 28. n. 5.; inridens Fosterus ap. Burgess. p. 399 exclamavit: „non minore iure Persicum quoque appellassent"), alii mox Aeolibus et Boeotis mox solis Aeolibus (v. Eust. p. 57, 4.

75, 30 etc. schol. A. ad *A*. 175. Greg. Cor. de dial. Aeol. §. 25. p. 603. Ahrens. I. p. 109, 3.), Greg. autem praeterea Atticis (de dial. Att. §. 41. p. 96) eos adiudicarunt. Sed de Attica tali flexione nihil notum est atque quod Koenius adtulit *Κρονίδα Ζεύς* ex Eurip. Bacch. v. 25, nunc *Κρονίδας* recte restitutum est; Reizius vero (cf. Schaefer. ad Gregor. p. 98.) nominativos Homericos qui accentum in penultima habuerunt Atticos fuisse suspicatus erat; Henricus Stephanus vocativos probaverat in Thes. V. p. 1464. In qua opinionum diversitate sane rectissime nunc ii versari videntur qui correptas formas apud Aeolenses in usu fuisse concedunt in quorum iudicio acquiescendum est. Atque percommode congruunt exempla Homerica quae apertam formularum poesi sancitarum speciem prae se ferunt cum ea ratione qua pro iustis Aeolismis venditantur (v. Bergk. hist. litt. p. 853. n. 139.). Tamen quod usu Ionico facile terminatio, nisi cum metri commoditate apte concinebat, transformari potuit, quod nescio an in *Θερσίτης* pro *Θέρσιτα* factum sit, id de stirpis vocali minime conprobari licet (etsi quid de *ἐρίηρος* si est pro *ἐρίαρος*, aliter statuam non enucleavi.); itaque de forma *ἠπύτα*, pro qua merito exspectes *ἀπύτα*, valde dubitandum est num Aeolismus sit; adparet autem eam ab imitatore — nam huic „non sane summo poetae" rectissime Hermannus de emend. rat. gr. Gr. p. 38. in epist. ad Ilgenium Homeri hymnis praefixa (1806) p. VII atque Lachmannus (Betracht. p. 24) illam partem Iliadis (*H*. 313 — *Θ*. 252) tribuerunt — ad reliquarum analogiam male esse procusam; neque melius est *αἰχμητά*.

Sed consulto supra omisi accusativum *εὐρύοπα*, cuius usum maximam partem posterioribus poetis et grammaticis ansam, ut in illam sententiam quae notavi laberentur praebuisse veri simillimum est. Legimus scilicet *εὐρύοπα Ζῆν* *Θ*. 206 (ubi nonnulli veteres interpretes nominativum intellegere moliti sunt pone *εὐρύοπα* distinguentes, v. schol. B.L. Spitzner. ad l.) *Ξ*. 265. *Ω*. 331. in fine, contra in initio versuum *εὗρεν δ'* vel *εὗρον δ' εὐρύοπα Κρονίδην* *A*. 498. *O*. 152. *Ω*. 98 ubi vox adeo plane de sede sua est detrusa, qua in re primus M. Hauptius apud Lachm. p. 100 iure offendit. Eximie igitur perspexit hanc violatam formulam atque formam

inusitatam satis testificari, eas partes a genuinis quae Lachmannus distinxerat segregandas et ad posteriores Homeridas esse referendas. Qui locus *O*. 152 eum fugerat non modo non egregiam observationem labefactat sed firmamento est, cum in idem (Lachmanni tertium et decimum) carmen incidat atque *Ξ*. 265. Sed quia accusativus nominis *εὐρύοπα* necessario *εὐρυόπαν* debuit conformari, elucet eum ex analogia nominativi admissum esse; itaque minime dubito hunc abusum rhapsodorum ingenio adsignare, qui flore poesis epicae inclinato iam recta linguae cognitione ac sensu destituti formam vel formulam non recte interpretati sunt [30]). Quod autem *εὐρύοπα Ζῆν* est étiam apud Hes. Theog. v. 884., si versus recte se habet, perspicitur quo tempore ille error manaverit.

§. 12. De secunda declinatione.

Notandum inprimis est, cum in ipsa flexione Aeolica dialectus a vulgari consuetudine non recederet, nonnullas voces ex tertia quae vulgo dicitur declinatione in secundam traductas esse, cuius rationis exempla quae in Homericis carminibus reperimus inter vestigia Aeolica enumerari debent.

1) Pro vulgato *ἔρως* Aeolenses pronuntiabant *ἔρος* saepius servatum in S. fr. 40. (42.) 79. 74. ubi non adsequor cur Bergkius *Ἔρως* in fine reliquerit; Ahrensius autem Aeolicam formam reduxerat (v. fr. 33. Ahr., cf. I. p. 120/1.). Apud Homerum quidem Aeolismus ab Eust. (p. 136, 33: *τὸ δὲ ἔρον Αἰολικόν ἐστι* atque ab Herodiano Aeolica psilosis §. 2. II. 6) diserte conprobatus est atque libris commendatus; rectissime ergo Bekkerus in alt. ed. Rumpfius in Iahn. ann. v. 81. p. 586.

---

30) Ne forte multis quicquam plane insoliti et inauditi adsumpsisse videar eorumque in crimen incurram, simile iudicium quod G. Curtius de verb. p. 76/76 de tert. pers. dual. imperf. formis διώκετον K. 363. ἐτεύχετον N. 346. λαφύσσετον Σ. 583 (v. Friedlaender Arist. p. 4. n. 1.) protulit, hic iuvat adscripisse: „erwägen wir — dass jene 3 Verse sich in Theilen der Ilias finden, die sicherlich nicht zu den ältesten gehören, in der Doloneia, im Schild des Achill und in einer Stelle, die Bekker nicht ohne Grund als Einschiebsel betrachtet, so wird man sich dahin neigen, die Anomalie aus einer Verirrung des Sprachgefühls bei den spätern Rhapsoden zu erklären.“

Ahrensius in gramm. §. 28, 8. p. 28. Buttmannus in gr. Gr. I. §. 58. p. 225 Aeolicam flexionem ubique postularunt, quam pro vero metaplasmo intellegere contra Ahrens. I. p. 121 et Ameis. p. 44. non dubito; nam quod nusquam ἔρου legitur nullius momenti esse cum Buttmanno p. 207. n. accipio. Extra Homerum autem Hesiodus hunc Aeolismum quem agnovit Goettlingius p. XXXII Ἔρος th. 120. 201. ἔρος v. 909. neque minus Sophocles (El. v. 197. ἔρος in cant.) et Euripides, qui etiam in dialecticis formis inmiscendis inter tragicos novator exstitit, in div. ἔρον Hipp. v. 337. 449. (ἔρων maluit C. Grashof in antiqu. stud. ann. 1837. p. 586/7.) Iph. T. v. 1172. Ion. v. 1227. El. v. 297. admiserunt. Illic igitur nominativus ἔρος *Γ*. 442. *Ξ*. 294. 315. certam sedem non obtinet sed multo crebrius accusativus formulae instar in hoc notissimo versu adhibitus est: αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο *Α*. 469. *Β*. 432. *Η*. 323. *Ι*. 92. 222. *Ψ*. 57. *Ω*. 632. γ. 473. δ. 68. ϑ. 72. 485. μ. 308. ξ. 454. ο. 143. 303. 501. π. 55. 480. ϱ. 99. quem si cum O. Muellero (hist. litt. Gr. I. p. 58) pro veri simili ponimus hexametrum iam in antiquiore poesi usitatum fuisse, totum ex Aeolicis carminibus esse adscitum credere non sit absimile neque absonum erat Bergkio (hist. litt. Gr. I. p. 869.). Proprio vero Marte auctor extremae Odysseae partis eum paululum transformavit in hunc modum: οἳ δ' ἐπεὶ οὖν σίτοιο μελίφρονος ἐξ ἔρον ἕντο ω. 489. atque formulam mutarunt qui panxerunt *N*. 638 ἐξ ἔρον εἶναι (μόλπης καὶ ὀρχηϑμοῖο — ἢ πολέμου) et *Ω*. 227: ἐπὴν γόου ἐξ ἔρον εἴην in exitu; sed plane a formulae specie descivit recentior libri σ poeta: ἔρῳ δ' ἄρα ϑυμὸν ἔϑελχϑεν σ. 212. De iambogr. usu v. Renner. p. 233.

2) Praeterea cum γέλος pro γέλως Aeolensibus magno consensu adsertum esset, non sine veri specie eidem Aeolismo Homerico Buttmannus et Ahrensius velificati sunt; tamen alii eius formae valde satagebant. Notavit quidem Meineckius de Alex. Aetolo in anal. Alex. p. 222. Buttmannum ipse e libris accusativum γέλω (= ἱδρῶ *Δ*. 27. *Κ*. 572. 574. *Λ*. 621. *Φ*. 561. *Χ*. 2. pro ἱδρῶτα, quod Ahrensius ἱδρόα = χρόα ut ἱδρόϊ *Ρ*. 385. 745. scribendum proposuit, vel κυκεῶ *Κ*. 290. 315. pro κυκεῶνα, v. Curt. in gr. Gr. §. 169. V. Brugman. Stud. IV.

p. 173) tribus locis σ. 350. υ. 8. 346. legi iubens, quem Dindorfius secutus est, Bekkerus autem bis solum in editione priore (v. sched. Hom. I. p. 123) γέλω retinuit, in altera tamen Aeolismos fovere maluit his locis: γέλος *A*. 599. = *ϑ*. 326. γέλῳ σ. 100. γέλον σ. 350. υ. 8. 346. sed ubi metrum longam syllabam postulabat, vulgarem formam reliquit *ϑ*. 343. 334., quam inconstantiam censoris carbone notavit Rumpfius p. 586/6 tralaticiam flexionem defendens. Sed vereor ne argumenta aliquantum possint delumbari; atque sane Bekkerus si analogiam acutius voluisset rimari, aequabilitatem potuit persequi. Legitur scilicet *ϑ*. 343. γέλως ἔχε ita ut syllaba quae in discrimen venit in caesuram quarti pedis incidat, qui locus si Hoffmanni quaest. Hom. §. 74. I. p. 103 sequimur productioni favet (cf. exempla); tamen, si hoc argumentum nunc post Hartelii, viri clarissimi, adcuratas ac subtiles disquisitiones qui arsin per se numquam sufficere ut syllaba brevis pro longa esset exposuit minus valet (v. p. 389), hic eo ne opus quidem est, quia productio satis excusatur littera σ quae in fronte vocis ἔχω haeserat tum nondum evanida, cuius productionis haec sunt exempla: βέλος ἐχεπευκὲς *A*. 51. = *Δ*. 129. γὰρ ἔχον *Γ*. 49. μόγις ἔχον *X*. 412. ϑαμέες ἔχον *K*. 264. κεντρηνεκέας ἔχον *E*. 752. = *Θ*. 396. ἐρύγμηλον ἐχέτην *Σ*. 580. πᾶρέχῃ τ. 113. συνεχές (§. 7.) cf. Hartel. p. 455. 457. — Alter locus est *ϑ*. 343.: ὥς ἔφατ', ἐν δὲ γέλως ὦρτ' ἀϑανάτοισι ϑεοῖσιν ubi caesura semiquinaria prae ceteris productioni favet (v. Hoffm. §. 73. I. p. 102), tamen initialis littera subsequentis vocis ὦρτ' non potest pro causa admoveri; ab hoc vero loco etiam intercapedo pronuntiationis abest e qua plurimis locis in hac mascula caesura brevem syllabam tolerari posse Hartel. perspexit p. 440. 447. Remanent tamen plurimi versus quibus v. d. hac explanatione opem non adferri non ignoravit (p. 391); per me quidem facillime quispiam hunc iis addiderit. Sed sibilantem quoque una cum liquidis ad consonarum durantiumgenus, quae crassa pronuntiatione productionem quam dicunt positione ortam efficiebant, rectissime p. 432 retulit. Ceterum si cui omnes causae quas protuli nimis precariae videntur, meminerit, quaeso, de tali Odysseae parte agi, quam Kirchhoffius inter recentiora addi-

tamenta non sine iusta causa quam concedent quorum sanum est iudicium relegavit; neque quisquam non videt inconsequentiam inde originem traxisse quod auctor — atque imitationem antiquiorum partium Homeridis etiam Hartelius p. 436 vindicare minime noluit — versum *A.* 599. ἄσβεστος δ' ἄρ' ἐνῶρτο γέλος μακάρεσσι θεοῖσιν quem totum inseruit *θ*. 326. 343 transformavit vocabulorumque ἐνῶρτο γέλος conlocationem mutavit in γέλος ὦρτ'. Quae conlata inter se et pensitata omnia rerum momenta pedetemptim me in opinionem deduxerunt, qua *θ*. 343. 344. ubi Bekkerum minutiores ratiunculas secutum subrepit taedium mutationis Aeolicam formam non modo metri causa primo adspectu violati a librariis expulsam, sed ab oblivione vindicandam et in textu reponendam esse contendo. Ergo Buttmanno et Ahrensio adstipulor. — Praeterea adnotabo dativos et ἔρῳ σ. 212. cuius ultima in arsi est γέλῳ σ. 100. pro pyrrhichio et γήρᾳ λ. 136. ψ. 283. pro trochaeo (Bekk. γήραι Dind. γήρᾳ et γήρα'; alias γήραϊ dactylus est *Γ.* 150. *E.* 153. *K.* 79. *Σ.* 434. *T.* 336. *Ψ.* 644. β. 16. ο. 357. ω. 232. atque δέπαϊ anapaestus *Ψ.* 196. γ. 41. κ. 316. ο. 149. σ. 121. υ. 261., nusquam legimus δέπᾳ) ἥρῳ *H.* 453. *θ*. 483. non nisi in deterioribus partibus obcurrere; de ἱδρῷ v. Ahr. supra l. Recte igitur Bekkerus in cens. Wolf. Hom. = sched. Hom. I. p. 43. illos metaplastice fictos, recte etiam hos Hermannus de em. rat. p. 38 contractione ortos iudicavit; „non enim ista contractio antiquissimae illius aetatis est, cui maxima pars Iliadis (et Odysseae) assignari debet". Sed non Ameisium probo propter dativos quos contractos ex ἔρω-ι γέλω-ι dixit binas stirpes ἔρω- ἔρωτ- etc. ponens metaplasmi rationem plane abicientem; γέλῳ pro certo Aeolismo habuit Rumpfius. Quae si recte disputata sunt vulgaria ἔρως et γέλως ab epica lingua aliena fuerunt cum Aeolica ἔρος et γέλος constanter retinerentur.

3) Loquar nunc de substantivis et adiectivis quae contra vulgatum usum syllaba aucta in secundam declinationem transisse dicuntur: φύλακος (φυλάκους *Ω.* 566 ubi Aristarchus et Herodianus accentum in ultima posuerunt, certe de Aeolismo non intellegentes, v. Lehrs. Arist. p. 298. Laroch. p. 376., φυ-

λάκων *I.* 85. *K.* 56. 181. *Φύλακον Z.* 35. *Φυλάκοιο ο.* 231.) μάρτυρος (*H.* 76. π. 423. μάρτυροι *A.* 338. *B.* 302. *Γ.* 280. *Ξ.* 274. *X.* 255. α. 273. ξ. 394, pro qua forma plerumque in versuum initio de iuramenti testibus usurpata Zenodotus μάρτυρες probaverat v. Laroch. p. 308) ἑκατόγχειρον *A.* 402. Scilicet apud Alcaeum pro ἀγών ἄγωνος, quod a pristina forma longius recedere Hirzelius p. 55 dixit, crebrius lectum fuisse grammatici testificantur, cf. fr. 120 ubi Bergkius haec Photii verba adscripsit: ἄγωνος — οὕτως Ἀλκαῖος ὁ λυρικὸς πολλάκις ἐχρήσατο; cui si credimus, praestat suspicionem quam Ahrensius adportavit, accusativum solum ἄγωνον peculiari Aeolico more pro ἄγωνα(ν) (nam sic breviora verba intellego) figuratum fuisse, abicere atque iustum metaplasmum agnoscere. Nam quod in tit. Cum. exstat ἐν τῷ ἀγῶνι, lapicidam Lampsacenum Aeolicae dialecti ignarum hanc consuetam vocem in Aeolicae ἀγώνῳ locum substituisse credas, v. Ahr. I. p. 7 item de τῷ statuentem.

Propter hanc igitur analogiam grammatici de Homericis exemplis statuerunt genetivos Aeolice in nominativos transiluisse; cf. quae Schaeferus ad Greg. Cor. de dial. Aeol. §. 17. p. 591 e cod. B. adnotavit: (οἱ *Αἰολεῖς*) τὰς γενικὰς εἰς εὐθείας μετάγοντες ὁ μάρτυρος κλίνουσι τοῦ μαρτύρου καὶ ὁ φύλακος τοῦ φυλάκου. Sed ut hanc vocem statim absolvam, hic schol. ad Apoll. Rhod. I. 132 inseram: φύλακος· Ἰωνικῶς ὁ φύλαξ. Ἴωνες δὲ ἐκ τῶν γενικῶν ποιοῦσιν εὐθείας, τοῦ φύλακος ὁ φύλακος, τοῦ μάρτυρος ὁ μάρτυρος. τοῦ δὲ φύλακος ὀξυντονητέον τὴν πρώτην. Ἡρωδιανὸς δὲ τὴν τελευταίαν ὀξύνει (exscripsit etiam Laroch. p. 376); atque rectissime haec adnotatio se habet; nam forma φύλακος quae melius quam φύλαξ ad pristinam stirpem redit (v. Hirzel.) non Aeolica vel Dorica, quod Koenius ad Greg. p. 592 adseveravit, sed re vera Ionica fuit cf. Herodot. I. c. 84. II. c. 113: φύλακος. I. 89. III. 4: φυλάκους. VIII. 39: *Φυλάκου* praebentem. — De altero autem vocabulo mira sunt Herodiani testimonia haec π. καθ. πρ. I. p. 47. (199, 15. 236, 13. π. παθ. II. 377, 16. π. ὀρθογρ. II. 548, 22. π. ὀνομ. II. 615, 33—40. π. κλίσ. ὀνομ. II. p. 747, 28): τὰ εἰς υρ βαρύνεται οἷον μάρτυρ. γίνεται δὲ ἐκ τοῦ μάρτυς κατὰ τὴν *Αἰολέων* διάλεκτον· ἐκεῖνοι γὰρ τὸ σ εἰς ρ μεταβάλλουσι τὸ οὗτος οὗτορ

λέγοντες καὶ τὸ ἵππος ἵππορ· οὕτως οὖν καὶ μάρτυς μάρτυρ, ἀφ' ἧς ἐκπίπτει πληθυντικὸν οἱ μάρτυρες παρά τε κωμικοῖς καὶ Ἱππώνακτι. οἱ δέ γε μάρτυροι ἀπὸ τῆς ὁ μάρτυρος εὐθείας οἷον ἐπι-μάρτυρος *H.* 76. Valde sane admirationem movent neque scio an verba corruptelam traxerint; nam de rhotacismo non constat nisi apud Eleos et recentiores Lacones; neque nomen Ἠλείων videtur rescribendum quia quantum scio grammatici de Elea dialecto nusquam mentionem iniecerunt*). Formam vero de qua agitur legimus in titulis Delphicis c. i. G. I. n. 1702, 15. 1704, 15. 1706, 17: μάρτυροι οἱ ἱερεῖς τοῦ Ἀπόλλωνος. Itaque unde Homeridae eam adripuerint non expedio; Aeolismum si esset, vix Aristarchus praetulisset. — Tertio loco scholion D. ad *A.* 402. ἑκατόγχειρον ἑκατόγχειρα Αἰολικῶς addendum est. Exspectatur sane si minus ἑκατόγχηρον (Ahr. I. 89) at ἑκατόγχερρον quod facillime priscam litteraturam transponentibus possis condonare; neque minus congruit formatio cum ἄγωνος, tamen diiudicari non licet (cf. vulg. ἑκατόγχειρ μακρόχειρ ap. Plutarch. πολύχειρ ap. Aesch. Pers. 83. Soph. El. 488. Aristot. Pol. III. c. 11 sed πολύχειρος apud Heraclidem). Ameisius p. 46. διάκτωρ διάκτορος χρυσάωρ χρυσάορος contulit.

4) Cum in S. fr. 29, 2 ὄσσοις metaplasticus dativus, quem Ahrens. p. 236 eum esse qui dicitur Aetolicus censuit, exstet, ab Aeolica voce ὁ vel τὸ ὄσσος (v. Bastii not. ad Greg. p. 615) Homericus dualis ὄσσε cum grammaticis qui ipsi dualem ab Aeolidis usu plane abhorruisse tradunt derivari nequit; causa autem illius alucinationis neminem latet, v. §. 5. II. 2.

§. 13. De tertia declinatione.

1) Feminina abstracta in -τυς terminata qualia sunt ἀκοντιστὺς βρωτὺς ἀγορητὺς γραπτὺς ἐπητὺς ἐδητὺς κλιτὺς μνηστὺς ὀτρυντὺς ῥυστακτὺς ταννστὺς alia apud Homerum grammatici Aeolensibus adseruerunt, cf. schol. V. ad ἐλεητὺν ξ. 82. ἔλεον. Αἰολικὴ ἡ διάλεκτος, schol. B. ad κιθαριστὺν *B.* 600: ὁ σχηματι-

*) Nunc unus locus mihi obcurrit, quem Sauppius ad Plat. Prot. 341. C. p. 104 ed. III. ex Eust. p. 279, 36 transcripsit: ἐκωμῳδοῦντο δέ, φασίν, οἱ Ἐρετριεῖς ὡς πολλῷ τῷ ρ̄ ἐν ταῖς ὁμιλίαις χρώμενοι. διὸ καὶ αὐτοί, καθὰ καὶ Ἠλεῖοι, βαρβαρόφωνοι ἐκαλοῦντο, ὡς ἐν ῥητορικῷ εὕρηται λεξικῷ.

σμὸς τῆς λέξεως *Αἰολικὸς ὁμοίως τῷ ὀρχηστύν*; nos autem in Aeolidis fontibus exemplis caremus praeter *χέλληστυς* in tit. Methymn. c. i. G. II. n. 266. b. 1. (v. *χειλιοστύες αἱ φυλαί* Hesych.). Concedo igitur illos talem formationem in deliciis forte habuisse, sed laudo Ahrensium p. 159 qui fidem denegare maluit. Scilicet ad ipsam Iadem pertinet atque extra elocutionem epicam apud Herodotum adeoque Platonem deprehenditur (v. Bergk. hist. l. G. p. 56. n. 13); inde Eustath. p. 1180, 7 hunc schematismum Ionibus adsignavit neque scio an non iure schol. Ven. ad *T.* 234. adscripserit: *ὀτρυντὺς· ἔστι δὲ ἡ λέξις Ἀττική*; at minime refutanda sit opinatio Meinekii in Anal. Alex. p. 263. n. addentis: „hic etiam possis *Ἰακή*. Nisi malis *Αἰολική*" (idem error ap. Hesych.: *ὀκοῖον· ὁποῖον. Ἀττικῶς.* Lege *Ἰακῶς*).

2) De duplici nominis Sarpedontis flexu (v. *Σαρπηδόνος Π.* 327. 464. 496. 533. 553. *P.* 162. *Σαρπηδόνι E.* 629. *Π.* 649. et *Σαρπήδοντος M.* 379. *Ψ.* 800. *Σαρπήδοντι M.* 392) Herodianus *π. ὀρθογρ.* II. p. 579, 3 sic iudicavit: *ἄλις δὲ (ὁ ποιητὴς) ταύτῃ χρῆται τῇ γενικῇ Σαρπήδοντος· ἔστι δὲ Αἰολικὴ ἀπὸ εὐθείας τῆς Σαρπηδὼν* (Lentz: *Σαρπήδων*) quod verisimiliter propter tenorem retractum sibi persuasit. Sane biforme est ita ut partim rationem nominum *Νέδων Μέδων* aliorum participiorum ritu declinatorum partim communium velut *Σαρδὼν Ἀνθηδὼν Ἀσκληδών*, quae plurima Lobeckius ad Ai. v. 222. p. 139—141 diligenter contulit, sequatur. Tamen num recte Herodianus alteram formam Aeolidi adiudicaverit, dubium fit quia ad ipsum aliud de nomine *Δράκων* praeceptum redit: *π. κλίσ. ὀν.* p. 733, 15: *οἱ Αἰολεῖς Δράκωνος εἰρήκασι τὴν γενικὴν διὰ τοῦ ω ἐπὶ τοῦ κυρίου ὀνόματος* et p. 726, 27: *οἱ Αἰ. Δράκονος εἰρήκασιν ἐπὶ τοῦ κυρίου ὀνόματος, ἐπὶ γὰρ τοῦ θηρίου καὶ αὐτοὶ δράκοντος λέγουσι* atque Choerobosci de Aeolico genetivo *θεῤῥάπονος* testimonium (v. Ahr. I. p. 64. 119).

3) Recte schol. D. genetivum *Πάριος Γ.* 325. pro *Πάριδος* Ionibus tribuit etsi Aeoles quoque olim in femininis in *ις* cadentibus (v. *Θέτιος μάνιος* etc. Ahr. p. 118) illud parasiticum *δ* nondum adsumpserant; dilucidissime scilicet Curtius et. p. 583—5, cui assensum praebuit Hartelius p. 449, docuit in his formis longum *ι* spirantem *j* pullulasse quae *δ* pro firmamento ad-

vocato in desuetudinem abiit ut hic esset ordo: Θέτῖος Θέτιjος Θέτιδjος Θέτιδος. Sed quo iure schol. V. ad genetivum Θέμιστος β. 68. adsperserit Αἰολικῶς latet.

4) Neque fidem meriti sunt grammatici (Tzetzes, v. Ahr. I. p. 119. n. 14) qui substantiva in -ιγξ -υγξ exeuntia apud Aeolenses γ eiecisse testantur huc φάρυξ vocem e φάρος per paragogen amplificatam trahentes, cuius genetivus apud Homerum legitur φάρυγος ι. 373. τ. 480. et apud Eurip. Cycl. v. 410. 592, sed φάρυγγος v. 356 (φάρυγξ. v. 215); nam in titulis Conzianis p. 29, 16. tab. XII. *A*. 12. obcurrit praeter ψᾶφον eadem ratione formatum ψάφιγγι, quode dixit Wald. p. 24/5.

5) Aeolica nominantur feminina ἄγυρις αὖλις ἔροτις κίθαρις χάρις pro ἀγορὰ αὐλὴ ἑορτὴ κιθάρα χαρά, qua de re Ahrensius p. 159 caute dubitavit idque me iudice ex parte rectissime; nam non metaplastica sed heteroclita esse videntur et diversa. Huc refero ἀγορὰ et ἄγυρις (contio — multitudo) αὐλὴ et αὖλις (*I*. 232. χ. 470; v. Herod. π. καθ. πρ. p. 90, 15: αὖλις ἡ ἔπαυλις Αἰολικῶς, Αὐλὶς δὲ ἡ πόλις Βοιωτίας ὀξύνεται: Αὐλίδα *B*. 496. ἡ δὲ αἰτιατικὴ Αὖλιν (Euphor. fr. 129 Mein.). ἀπὸ εὐθείας βαρυνομένης γέγονε. ἡ γὰρ εἰς ῑν κατάληξις ἀπὸ βαρυτόνων ἐστίν, ἡ δὲ εἰς δα καὶ βαρυτόνων καὶ ὀξυτόνων. Τρύφων τὸ Αὐλὶς παράγει παρὰ τὸ ἀλισθῆναι ἀλὶς καὶ αὐλὶς — v. Velsen. fr. Tryph. p. 61, fortasse propter πλεονασμὸν τοῦ υ Aeolicum putabatur? — βέλτιον ἀπὸ τῆς Αὐλίδος τῆς Εὐωνύμου τοῦ Κηφισσοῦ) χαρὰ et χάρις (v. schol. ζ. 29: Καλλίστρατος δὲ χάρις ἀντὶ τοῦ χαρά; Aristophanes φάτις); aperte igitur propter accentum illud statuitur, sed forsitan recte inde concluditur in Aeolide terminationem ις usitatissimam fuisse. Minus confidenter de forma κίθαρις dixerim quam Aeolismi Homerici loco fovebant Eustathius p. 281, 4. Bergkius hist. litt. p. 432. n. 26, 433. n. 27. Ameisius p. 14; potest sane Aeolica formula recepta fuisse *Γ*. 54. α. 159. θ. 248. acc. (*N*. 731) α. 153. pro κιθάρα quod non legitur; tamen quis decernat? Neque de Aeolica forma ἔροτις (v. Gies. p. 285—287) quam Euripides nescio an ex Aeolicorum lyricorum carminibus in diverbium El. v. 625 admittere ausus sit, dubitari videtur posse. Cum hac igitur dativus Homericus ἀλκὶ (πεποιθὼς semper finem versuum *E*. 299.

N. 471. *P.* 61. 728. *Σ.* 158. *ζ.* 130 obtinens quod imitatus est Theognis v. 949, v. Renner p. 232) pro vulgari ἀλκῇ conparandus est, quem veteres diversissime extricare studebant. Alii ut Ptolemaeus Ascalonita nominativum ἄλξ vel Aeolicum ἄλκις effinxerunt (v. schol. A. ad *E.* 299) e quo totam flexionem derivarunt; alii unum solum casum pro metaplasmo habuerunt (cf. Herod. π. Ἰλ. πρ. II. p. 119: κατὰ πτῶσιν γίνονται μεταπλασμοὶ ἐξουσίᾳ ποιητικῇ). Sic ipsum Aristarchum accepisse, ὅτι ἔθος τοῖς Αἰολεῦσίν ἐστι λέγειν τὴν ἰωκὴν ἴωκα (*Λ.* 600 iuxta Ἰωκή *E.* 740. ἰωκάς *E.* 521) καὶ τὴν κρόκην κρόκα (Hes. op. 358) καὶ τὴν ἀλκὴν ἄλκα, ὡς σάρκα, εἰ δὲ ἄλκα ὡς σάρκα, καὶ ἀλκὶ ὡς σαρκί, eius assecla Trypho in libro I. π. τῆς ἀρχαίας ἀναγνώσεως testis fuit (v. schol. Velsen. p. 65) eademque ratio placuit Herodiano. Itaque si Aeolismum qui aliunde non fulciri potest repudiamus, gravissimorum grammaticorum Aristarchi Tryphonis Herodiani auctoritatem non nauci facimus; obtemperavit autem Ameisius p. 45. atque quia persimilis analogia in Aeolide Alcaicus dativus κίνδυνι pro κινδύνῳ (fr. 138. Ahr. I. 121 et n. 4) invenitur (etsi e S. κίνδυνον adportatur) ipse non refragabor. Fortasse eodem redit ὑσμῖνι (μάχεσθαι *B.* 863. *Θ.* 56. in fine) pro ὑσμίνῃ; tamen neque hoc neque ἴωκα ubi in ore hominum viguerint et unde in Homerica carmina manaverint enodo.

6) Notatu dignae sunt formae τρίπος *X.* 164. (scut. Herc. 312, ubi Goettling. p. XXXII recte de Aeolismo dubitavit) ἀελλόπος *Θ.* 409. *Ω.* 77. 159. (v. Euphorion. fr. 163. Mein. p. 158) ἀρτίπος *I.* 505. *ϑ.* 310, quae neque Aeolismum neque metaplasmum et archaismum praebent. Rationem autem Ahrens. II. p. 175 (v. gramm. §. 19, 3. p. 21) gnaviter perspexit: „πός est antiquissima forma quam ab antiquiore lingua in compositis τρίπος ἀελλόπος servatam recentiores in πούς produxerunt eam legem secuti quae voces monosyllabas correptam vocalem habere vetat. Itaque Lacones et quicunque πός pronuntiabant non corripuerunt syllabam, sed correptam servarunt“ scilicet e communi antiquitate, quare inepte Ameisius p. 44 in Homericis exemplis propter Aeolicum σάραπον et πώλυπον (et Doricum et Ionicum, Ahr. I. p. 114. II. 168) Aeolicum usum inesse

sumpsit; neque usquam accentum retraxerunt (v. Goettling. de acc. p. 317).

7) Accusativi breviores in -ιν pro -ιδα vel -υν pro -υθα terminati quales sunt κόρυν *N.* 131. *Π.* 215 iuxta κόρυθα *N.* 188 etc. ὄπιν *Π.* 388. φ. 28. iuxta ὄπιδα ξ. 82. υ. 215 alii apud Homerum, ut in Aeolide exstant, ita etiam in Delphicis titulis inveniuntur, cf. G. Curt. über die Ausbeute der delph. Inschr. in actis Soc. litt. Sax. 1864. p. 224. Itaque archaismi, non Aeolismi habeantur.

8) Peculiaris erat in Aeolide accusativi tert. declin. terminatio in ν ubi vulgaris flexus α praebet, in quam rem praeter eos quos modo tetigi κνᾶμιν σφρᾶγιν κλᾶϊν πάϊν accusativos Ἥρων Σάπφων Λήτων Πείθων αἴδων αὔδων χρῶν (v. Ahr. I. p. 113. 118. Lentz. ad Her. I. p. 416 adn.) satis est contulisse; sed etiam adiectiva item figurata fuisse docent exempla quae tenemus: ἀβάκην S. fr. 72. ἐμφέρην fr. 85, 2 atque grammatici adposuerunt: δυσμένην κυκλοτέρην εὐρυνέφην. Quae consuetudo utrum ex antiquitate Aeolicae dialecti an e novandi studio repetenda sit ambigi potest; Hirzelius quidem propter levem dativorum n. pr. Διννομένη Δημοσθένη Ἄρη (Ahr. p. 116. 122) similitudinem falsae analogiae eam tribuit p. 56; sed infra videbimus v. d. hanc iusto plus pro causa venditasse; ut igitur ingenuo quid sentio fateor, antiquissimam communem terminationem -αν vel -αμ (v. Boppii gramm. brev. lingu. Sanscr. ed. IV. 1868, §. 123. p. 83) in Aeolica dialecto resedisse contendo, quia acc. κνᾶμιν πάϊν etc. certissime e vetustissimo tempore servati sunt; idem Ameisius p. 42 posuit. His praetermissis Homericam formam ζαῆν quae traditur μ. 313 non cum Hirzelio ad priscum Ionismum sed ad Aeolismum spectare diiudico, quae et veteribus et recentioribus multa facessivit negotia. Aristarchus videlicet ζαῆν ἄνεμον ὡς Ἑρμῆν Πυθῆν a nominativo ζαέας derivans scripserat (v. Lehrs. qu. epic. p. 154. n. Lobeck. paral. p. 159); discipulum vero Dionysium Thracem ζαῆ praetulisse inde conligo quia in altera epitomae eius grammaticae parte quae est in cod. Marciano adhuc inedita exponitur „adiectivorum tertiae declinationis accusativum numquam in ν efferri, quam litteram nomina propria interdum accipiant (Δη-

μοσθένη-ν)“ [31]. Sed nondum defuerant qui ζαῆν' ἄνεμον probare mallent, de quibus hoc testimonium servatur in E. M. 407, 1: ὡς παρὰ τὸ πέτω γίνεται πέτην, οὕτως παρὰ τὸ ἄω ἄην· καὶ ζάην μετὰ τοῦ ζα-· τὸ γὰρ τέλειον ζάηνα ὡς πέτηνα, εἰ μὴ κατ' ἔκθλιψιν γέγονε, quos Herodianus π. μον. λεξ. 17, 15. II. p. 923 (π. παθ. II. p. 345, 14—19) refutavit utpote οὐχ ὑγιῶς τοῦτο (ζάην) παραληψομένους, οὐ πίστιν ὀφείλει ἐξ ἄλλων πτώσεων παραθέσθαι. Ipse paulo fusius de disyllabis adiectivis in ην cadentibus disputans ut semper acutus in ultima esset postulavit, v. π. καθ. πρ. p. 59, 24. π. 'Ιλ. πρ. II. p. 81. π. 'Οδ. πρ. II. p. 144: τὸ ζαὴς ὡς σύνθετον ὀξύνεται. παραιτητέον δὲ τοὺς βουλομένους βαρύνειν, ἴσως πλανηθέντας ἐκ τῆς αἰτιατικῆς τῆς εἰς ν περατωθείσης: „ζαῆν ἄνεμον“ μ. 313; lucidissime vero ad h. l. II. p. 154 de hoc disseruit: τοῦτο δὲ ἔδει χωρὶς τοῦ ν ζαῆ ὡς ἀκραῆ Ζέφυρον (β. 421). ἔστιν οὖν Αἰολικὸν τὸ μετὰ τοῦ ν καὶ ἔδει αὐτὸ Αἰολικῶς βαρύνεσθαι ὡς τὸ „αἰνοπάθην πατρίδ' ἐπόψομαι“ παρὰ 'Ανακρέοντι (fr. 36, ubi Bergk. male αἰνοπαθῆ scripsit), ὁ δὲ 'Αρίσταρχος φησὶ περισπᾶσθαι καὶ οὕτως ἔχει ἡ παράδοσις, cf. Crameri an. Par. III. p. 480, 31. Sed quamquam verba dubitationem non admittunt neque Anacreonteus neque Homericus Aeolismus a multis recentiorum fidem accepit, v. Dindorf. not. in app. ad schol. Odyss. ed. Oxon. p. 788. et Lobeck. parall. p. 160. qui tamen in add. p. 543. in hanc sententiam concessit: „verum vulgarem accusativi formam (ζαῆ) grammaticus ille vix aliquo confirmasset testimonio, sed cum ζάην contulisse videtur αἰνοπάθην“. Plerumque ζαῆ vel cum Aristarcho ζαῆν viris doctis probabile fuit praeter Doederleinium qui rei novandae tanta laboravit intemperantia ut cumulum temptaminibus adderet proposito ζαῆντ' pro ζαήεντα sicut τιμῆντα Σ. 475. in gloss. Hom. I. n. 1. p. 1. Miror profecto quod Ahrensius qui αἰνοπάθην bene defendit adtribuitque Ionico poetae de mist. dial. p. 65, ipse in gramm. §. 28, 3. p. 27 ζαῆν corruptam lectionem esse pro ζαῆ = ζαέα iudicare ausus est. Nam ζαην satis testatum est; contendo igitur eam solum ex Aeolide pro ζα-αϝε(σ)αν (cf. ἄος Hesych.) evolvi posse

31) cf. Adolph. Hartii de Dionysii Thracis grammaticae epitome partim inedita comm. quae est in progr. gymn. Luisenstad. Berol. 1871. p. 29.

atque nunc contra Aristarchi auctoritatem cum illis quos Herodianus praetermittendos esse censuit *ζάην* sicut *αἰνοπάθην* et *ζάης* rescribendum esse, quod mihi erui non potest (§. 1. 3. §. 5. III. 2. §. 9. 9). Etiam Ribbeckius in Iahn. ann. v. 66. p' 11. et Ameisius Aeolismum *ζαῆν* defenderunt, cui adstipulati sunt pater eius ad l. in app. II. p. 81. Larochius p. 263. Ceterum si Aeolicam formam ratam habemus hiatus evitatur.

9) Notissimum est apud Atticos conpluria nomina sicut *Σωκράτης Δημοσθένης* cum quarto saeculo atque apud Boeotos sicut *Θεογένην Δαμοτέλειν Πασικλεῖν* (v. Ahr. I p. 205 de mist. p. 73) et apud Delphos *Θεοκλῆν* (v. Curt. l. l. p. 225) in quarto casu traducta esse in primam declinationem; etiam *Ἄρην* Atticum fuisse Porsonus ad Eur. Phoen. v. 134. 950. 1020 exposuit et Kuehnerus in gr. Gr. p. 395. In Aeolide vero id genus deest, tamen eam eandem formationem adhibuisse propter metaplasticos dativos *Δινvoμένῃ Δημοσθένῃ Ἄρῃ* perquam verisimile fit, e quibus Hirzelius omnes accusativos in *ν* pro metaplasmis venditavit. Nominis autem *Ἄρης* duae stirpes erant in lingua Graeca *Ἀρευ-* et *Ἀρες-* quarum altera inest Aeolicae flexioni: *Ἄρευς* (*Ἄρευς εὐθεῖα ἥτις παρ' Ὁμήρῳ οὐκ ἔστι, παρὰ δὲ Ἀλκαίῳ, εὑρέθη*, v. Herod. *π. κλίσ. ὀνομ.* II p. 639, cf. E. M. 189, 46. s. v. *Ἄρης*) *Ἄρευος Ἄρευι Ἄρευα Ἄρευ* altera conspicua est in *Ἄρῃ* et *Ἄρην*. Qui accusativus apud Homerum exstat in libro singulari *E*. 909; scilicet eum Herodianum *μετὰ τοῦ ν ὡς Χρύσην* scripsisse docemur a scholiasta (v. Lentz. pr. p. CXIX), unde perlucet alios *Ἄρῃ* vel *Ἄρη'* maluisse, cf. Laroch. p. 202; recentiore tempore Goettlingius ad scut. Herc. v. 59 ubi praeter v. 333. 425. 457 *Ἄρην* legitur sic adnotavit: „libenter scripsissem *Ἄρῃ* cum M. 1. aliisque paucis —, nisi mss. meliores me avocarent a proposito". Quid vero de forma iudicandum sit utrum ad Aeolismum an ad Atticismum spectet non habeo. Neque certum Aeolismi vestigium est dativus *Ἄρῃ* quem Hoffmannus in ed. lib. *Φ*. et *X*. I. p. 225 *Φ*. 112. 431. in textu posuit, cum alii codices *Ἄρει* exhibeant ac facillime mutatio e prisco alphabeto explicari possit.

10) Porro de forma *Ζῆν*, in qua pensiculate evolvenda grammatici oleum et operam perdiderunt ita ut Lobeckius in

path. el. II. p. 273 exclamaret: „hic si unquam convenit illud consideratissimum verbum ἐπέχω“, pauca adnotanda sunt quia is accusativus non leviorem scrupulum excitat neque meliorem explicationem videtur habere atque εὐρύοπα. Scilicet quia saepius Ζῆνα Ξ. 157. ω. 472. Ζῆν' ante vocales E. 756. Θ. 22. P. 339. Ψ. 43. ν. 339 inveniebatur (cf. Creticas formas Δῆνα Τῆνα Τῆνα Curt. et. p. 567. 625.) Ζῆν' Θ. 206. Ξ. 265. Ω. 331. Hes. th. 884. in fine positum tolerari posse visum est, tamen Aristarchus scripturam sic instituit ut ν' in initio subsequentis versus ante vocalem elisum esset conlocatum (cf. schol. ad Θ. 206. Ω. 331), quam versuum conligationem systematum ritu factam ab epica poesi abhorrere scite Hermannus (v. opusc. I. p. 137 de Gr. l. diall. aliisque locis) disputavit Ζῆν sine elisione scribendum proponens probantibus Bekkero plurimisque idque audacia quadam sive ex antiquitate a poetis admissum arbitratus. Contra Goettlingius et Spitznerus Ζῆν' in fine reddiderunt; tamen Hermanni ratio longe praestat. Sed ut ad formam explicandam propius accedam, a nominativo Ζήν — nam tres fuerunt stirpes ΔιF Διεν Ζην — necesse erat ut acc. Ζῆνα descenderet in Iade; (v. Herod. π. κλίσ. ὀνομ. II. p. 642, 131 de vocali η dicentem: ἰστέον, ὅτι τοῦ Ζήν, Ζηνὸς ἐφύλαξαν οἱ παλαιοὶ Ἴωνες τὴν κλίσιν). Spitznero igitur ad Ξ. 265 Ζῆν ignota et ab Iadis proprietate aliena esse videbatur, tamen recte ei Weicherti ratio non adridebat qui secundum Doricos nominativos Τύδης Ὄρφης Ἀχίλλης et accus. Ibyceum Ὄρφην pro Τύδευς etc. a Prisciano conmemoratos Ζῆν Doricum vocavit a nom. Ζής pro Ζεύς repetens (v. Ahr. II. p. 236.). Ameisius vero eam ut ζάην Aeolicam prodere originem pro Διε(F)αν credidit; posset etiam quispiam hoc pro metaplasmo venditare et Attice vel Ionice sicut Ἑρμῆν=Ἑρμέαν (Herod. II. 51. 67. 138. 145. V. 6.) contractum putare. Alii porro ad quartam stirpem confugerunt Ζη- quam ν finali abiecto natam dicunt e lingua skr. djâu (quae forma a Graeca lingua abhorret) et djâ conferentes: inde descendit Ζῆ-ν sicut βῶ-ν quod ipsum non perspicuum est, cf. Curt. et. p. 563. At profecto ipse nominativus Ζής intra Iadem ab Herodiano e Pherecyde testatus est (v. Ahrens. in Philolog. t. XXIII. p. 206.), unde accusativum

in primam declinationem deflexum esse pro Ζῆ sicut Δημοσθένην Σωκράτην Bergkius hist. p. 91. n. 107. et Kuehnerus p. 395 videntur conprobasse; Westphalius autem in gr. meth. l. Gr. I. p. 288 Ζῆς Ζῆν omnino cum γῆ γῆν et lat. diēs diēm concinere persuasum habuit. Sed quamquam Herodiani fidem non esse addubitandam concedo neque infitias ibo Ζῆν in Iade ullo modo nasci potuisse, tamen ambigo num propter illam Homericam formam recte in Graeca lingua quarta stirps accipiatur; nam quia ea non legitur nisi cum ancipiti et salebroso accusativo εὐρύοπα coniugata, mihi quidem etiam inter λέξεις παρεφθορυίας referenda videtur. Censeo igitur iis locis a rhapsodis inscientibus neque quicquam opinantibus formulam εὐρύοπα Ζεὺς proprio Marte statim depravatam esse nominativo in accusativum εὐρύοπα Ζεῦν („Ζεῦν accusativo usus erat Polycrates, cui si Ζῆν apud Homerum invenisset, abstinendum erat a nova ista forma“ v. Goettling. ad Hes. th. 884; μὰ τὸν Ζεῦν legitur in Aeschrionis iambis scriptura tamen parum certa“ v. Lobeck. parall. p. 85. n. 24.) vel mea pace εὐ. Ζῆν simpliciter transposito, prout veriloquium suadebat vel pronuntiatio corruptae formae maxime placebat; atque Alexandrinos hoc praetulisse quia Ζῆνα et Ζῆν' saepius erat in carminibus, tutissimum videtur statuere. Ergo si quae de εὐρύοπα dixi non omni veri specie destituta sunt, hanc quoque suspicionem puto non plane carere probabilitate.

11) Herodianus π. κλίσ. ὀνομ. II. 659, 15 sic tradidit: ὦ Εὐρύδαμαν παρὰ τῷ Ἀλκαίῳ μετὰ τοῦ ν λεγόμενον κατὰ τὴν κλητικὴν, verum apud Homerum fuisse Λαοδάμα Εὐρυδάμα (?) Ἀλκιδάμα (?); ταῦτα δὲ, inquit, λέγομεν ποιητικὰ εἶναι. Scilicet sic Aristarchus formas restituerat etsi ipse Κάλχαν *Α*. 89. Θόαν *N*. 222. Αἶαν *I*. 644. *M*. 366. *N*. 68. legerat (v. schol. ad *M*. 231. *Σ*. 285.) cuius iudicium probarunt Dindorfius et Larochius: contra Bekkerus rationem quae Zenodoti et Chamaeleontis fuerat (schol *M*. 231) σὺν τῷ ν scribendi ubique praetulerat: Πουλυδάμαν *M*. 231. *N*. 751. *Ξ*. 470. *Σ*. 286. Λαοδάμαν *Θ*. 141. 153; v. sched. Hom. I. p. 158. Laroch. p. 293. Sed noli hos vocativos quia ν originarium retinent Aeolicos vocare.

Ameisius p. 43 *Θέμι* O. 93. vocativum confidenter Aeolicum esse sicut *Σώκρατε μελλιχόμειδε* (Ahr. p. 116. II. 511.) conclusit quod non pro certo dixerim.

12) Veteres velut Aristarchus nom. *ἐπιτηδὲς* o. 28. et acc. *A.* 142 (cf. schol. B. L. *ἐπιτηδὲς ὀξυντέον· ἀπὸ τοῦ ἐπιτηδεῖς γάρ*) atque nom. *παλιμπετὲς* ε. 27. (schol. B. L. *ἀντὶ τοῦ παλιμπετεῖς*) et acc. II. 395. (schol. D. *εἰς τὰ ὀπίσω πεπτωκότας*) agnoverunt eamque correptionem ex Aeolismi (v. Buttm. lexil. I. p. 40—41) vel Dorismi (v. Lehrs qu. ep. p. 141) in quibusdam declinationis casibus *ι* subtrahentis consuetudine male explicuerunt. Sed nunc adverbia ea esse inter omnes constat. — Neque dignior est qui audiatur Eust. p. 187, 28 antiquissimas monosyllabas formas *δῶ κρῖ* pro recentioribus *δῶμα κριθή* Aeolicam apocopen passas esse ariolatus (v. Ahr. I. p. 108. Buttm. gr. I p. 212).

§. 14. De pronominibus.

Inter pronominum formas Homericas quae nunc legimus solum personalia Aeolica specie infecta sunt (§. 1. 4. §. 2. II. 1. §. 7. II. 2.), quod de possessivis ut non prorsus inprobabile esse ita non posse confirmari iam dixi §. 9, 4. Primae personae sing. formam *ἐγών* quae antiquior est quam vulg. *ἐγώ* et in Aeolide et in Doride deprehendimus (Ahr. I. p. 123. II. p. 247), quare eam in carmina Homerica ex vetere Ionismo vel archaismo receptam esse ponamus necesse est, sicut etiam *ἔμεθεν*, cuius de Homerico usu Apollonii verba quaedam in part. alt. adscribam. Verbo etiam lectionem tango quam Didymus ad *Ψ.* 244: *εἰσόκεν αὐτὸς ἐγὼν Ἄϊδι κεύθωμαι* servavit: *ἐν ἄλλῳ· αὐτὸς ἰὼν ἀντὶ τοῦ αὐτὸς ἐγών*, ubi M. Schmidt. p. 175 adnotavit: „recepi quod praecedit Aristonicus et perversitatem Alexandrini cuiusdam grammatici sapit“. Sed noli Boeoticam formam pronominis (in qua spiritus ambiguus est, v. Ahr. I. 207. Curt. et. p. 641) utpote a critico quodam inculcatam in hoc frustulo intellegere quia de participio verbi *εἶμι* cogitari et ex *Ἄϊδι* potest *ἀπὸ κοινοῦ* subaudiri *Ἀϊδόσδε*; fortasse lapsus alicuius est cui *αὐτὸς ἰὼν* coniunctum *A.* 185. *X.* 113. (*N.* 642. *O.* 457) in memoria haeserat. — Luculentissimum igitur Aeolicae dialecti in Homericam elocutionem in-

mistae exemplum praebent formae ἄμμες et ὔμμες quae cum iuxta vulgares ἡμεῖς et ὑμεῖς saepissime legantur evidentissime adparet non e sermone vernaculo sed e poesi antiquiore manasse (v. Bergk. p. 852); quae duarum formarum facultas sane maxime adtulit versui commoditatem. Iis locis quos primum indicabo metrum Aeolicas formas tuetur: ἄμμες *Φ*. 432. ι. 303. 321. χ. 55. ὔμμες *A*. 274. 335. *Ψ*. 469. ϱ. 231. semper in tertio pede sunt praeter χ. 55 (II); quae sequuntur inter tertium et quintum vacillant: a) ἄμμι *I*. 427. *T*. 140. α. 123. δ. 770. ζ. 205. η. 203. ἄμμιν *Ξ*. 85. ὔμμι *H*. 387. *N*. 625. *O*. 109. β. 316. ὔμμιν *Δ*. 249. β. 320. λ. 336. ο. 506[32]). ἄμμε *A*. 59. *K*. 346. *Σ*. 268. *Ω*. 355. κ. 209[33]). ὔμμε *Ψ*. 412; b) ἄμμι *A*. 384. *B*. 137. *Δ*. 197. 207. *Λ*. 714. *O*. 493. *Σ*. 279. *Ψ*. 160. ἄμμιν μ. 275. ὔμμι *Z*. 77. ὔμμιν *N*. 95. ἄμμε *Ξ*. 62. *X*. 219. ι. 404. μ. 221 quod in versu *H*. 292. bis repetito 378. 397. et χ. 73. initium obtinet; eae quae elisione monosyllabae factae sunt non certam sedem praebent: dativi ἄμμ' *H*. 76. ὔμμ' *K*. 551. *Ψ*. 787. ϱ. 241. χ. 62. et accus. ὔμμ' *Λ*. 781. ν. 357. σ. 407. ω. 109. Reperiuntur deinde etiam versus in quibus etsi pronomina praeter metri rationem admissa sunt, ne Alexandrini quidem, certe non Aristarchus, qui cum persuasum haberent Aeolismos omnes metrica necessitate esse metiendos eos Ionicis formis quam maxime mutarunt (v. Bekker in Wolf. Hom. cens. = sched. Hom. I. p. 86. Gies. p. 200.), tenacem traditionem aspernati sunt: exstat in fine ὔμμες *Ξ*. 481. *Ω*. 242. (ante καὶ) ἄμμι *K*. 70. quod e praestantissimus libris Larochius servavit, Bekkerus autem et Dindorfius ἄμμιν scripserunt, ἄμμιν *N*. 379. β. 334. χ. 262. ὔμμιν λ. 340. υ. 367. atque ante consonam ὔμμιν *K*. 380. in secundo pede scriptum est. Praeterea forma Aeolica in nonnullis codicibus ante consonas tradita a nullo editore recepta est: α. 373. ὔμμιν μῦθον (v. Bekk. adn. p. 320), nunc ὔμιν vel

32) λ. 344 ὔμμιν traditum sed ex Eust. ἧμιν restitutum est; fortasse fuit olim ἄμμιν.

33) Dindorfius in praef. Iliad. ed. IV. Teubn. p. VIII. coniecit ἄμμε π. 372. a vetere interpolatore propter hiatum exterminatum in eiusque locum singularem formam ἧμας male restitutam esse.

ὑμῖν ut semper, ὔμμιν δοκέει α. 376 = β. 141 (v. adn. p. 320), ὔμμιν μελέτω δ. 415. (adn. p. 337), ὔμμιν εἴπω μ. 272. (adn. p. 388), ὔμμιν Πρόμαχος Ξ. 482 (v. Graefenh. de dial. ep. p. 76), sicut in fine Ω. 33. δ. 94. Quibus in aliis locis etiam vestigia τῆς Αἰολικῆς ἀντωνυμίας olim fuerint vel nunc in codicibus delitescant latet.

Recentiores igitur qui causas diversitatis studuerunt examinare omnes ad unum Aeolicas formas nisi metro confirmatas viderunt expellendas esse censuerunt. Post Bekkerum scilicet qui in Wolf. Hom. cens. Aeolicas propter retractum accentum ultimamque brevem ad enclisin exprimendam magis idoneas esse iudicavit easque α. 373. 376. β. 141. δ. 94. 415. μ. 272. commendare non dubitavit, Skrzeczka[34]) sic regulam instituit de dativis, ut inclinata pronomina ubique ἥμιν ὗμιν scriberentur sed ἄμμιν ὔμμιν ante vocales ibi solum ponerentur ubi tenore non inclinato syllaba brevi opus esset, e qua ἄμμιν solum Ξ. 85 ὔμμιν Ν. 95. β. 320. λ. 336. toleravit reliquaque librariorum oscitantiae inputavit; ἄμμι e fine v. Κ. 70. praedicata opinione magis quam ratione expulit. Multo longius illi suspicioni quam acutius quam sobrie acceperunt indulsit Dindorfius in Il. praef. p. IX—XII qui ὔμμες in fine Ξ. 481. Ω. 242. repudiavit atque formas littera ν auctas prorsus suspectavit quia „non erat cur poetae epici, cum saepissime ἡμίν et ὑμίν dicerent, ubi trochaeo opus esset, paucis quibusdam in locis ad Aeolica illa ἄμμιν et ὔμμιν sine ulla ratione confugerent, aut quod ineptius etiam esset, ἄμμιν et ὔμμιν scriberent, ubi syllaba altera correpta ne opus quidem esset, sed metrum vulgarem ferret formam"; quod vero cum docere vellet quibus legibus formarum pronominis Aeolicarum usus in poesi epica regeretur ad tragicos revocavit, ineptit quia illa tria exempla rursus ad Homericam imitationem redeunt. Quamvis igitur quivis librarios saepe potuisse a vero aberrare concedat, tamen hac re nullo modo eos semper errasse evincitur. Mihi quidem

34) In comm. „de tenoris inclinatione pronominum I et II personae pluralium," quae inserta est Seebodii et Jahnii ann. vol. suppl. I p. 541—558 (1831).

ea petitio principii quam dicunt minime ad probabilitatem provecta est neque, sicut omnino analogia non satis tuta medicina est quae ad Homericum textum adhibeatur, hanc rationem quam probatissimam putant ipse probo. Quis quaeso, credat, Homeridas adeo metri vinculis coartatos fuisse ut ubi enclisis esset vel numerus postularet quidvis sibi concessum sumerent, sed valde anxie caverent ne praeter metri necessitatem idem admitterent? Confugeruntne ad alienae dialecti opes? An iis semper summa copia vocum Aeolicarum, antiquarum satis praesto erat? Atqui sine ulla inopia eam tangere nefas fuit? Cur non in exitu versuum, qui semper in tota poesi adcuratius et purius solet conponi, Aeolicas quibus certe species quaedam poetica et maior numeri concinnitas inerat vernaculis licuit praeferre et ponere **καὶ ὔμμες** pro **καὶ ὑμεῖς**? Cur quia *Γ*. 440. *α*. 10. **καὶ ἡμῖν** est *χ*. 262. **καὶ ἄμμιν** respuendum est? Cur poetae si Aeolicam formulam adsciverunt non debuerunt Aeolicum pronomen simul transferre sicut *β*. 334. **ὀφέλλειεν πόνον ἄμμιν**? Cur iis prorsus evitandum fuit quod Sappho admisit ut ἄμμιν etc. ante consonas esset (cf. ἄμμιν **λέχος** fr. 75. **ὔμμιν τὸ** fr. 14.), si liberiore ratione quam pro metri condicione alioqui uti potuerunt? Qualem autem secuti sint vix divinamur; sed externum discrimen fuisse nego; sane nunc optime nobis consulimus si codicum auctoritatem pluris aestimamus illa opinione (v. quae generatim edisserui in part. alt.). Etiam Ameisium etsi p. 47 satis superque adparere „poetam tantummodo metri causa admisisse Aeolicorum pronominum usum" dixit, Dindorfii audacia conmovit, ut p. 48 „usum Homericum pro arbitrio Ionicis formis **ἡμὶν ὑμὶν** et Aeolicis **ἄμμιν ὔμμιν** variatum" concederet.

Inter reliqua pronomina num qua Aeolismo Homerico aliqua cum probabilitate addicerentur non extricavi; nam inter Homericum **τεός** (*Α*. 282. *Ε*. 234. *β*. 123. *ψ*. 6 etc.) pro **σός** et Alcaicum ab Apollonio adportatum (v. Ahr. I p. 126) vel inter Homerica **τέῳ ὅτεῳ ὀτέοισιν** et Aeolica **τίῳ τίοισιν** non dignoscitur num forte ex altera dialecto in alteram transierint. Neque certa iudicandi nota perspicitur si Homericum dativum **τοῖσδεσσι** *Κ*. 462. *β*. 165. *ν*. 258. **τοῖσδεσσιν** *β*. 47. **τοῖσδεσι**

κ. 268. φ. 93, qui non ut Goettlingius de acc. p. 41. voluit ex τοῖσι δὲ ortus est, sed a forma ὁ δεὶς (= ὁ δεῖνα) descendit sicut οὐδέσι ab οὐδεὶς quod Buttmannus gr. Gr. I. p. 275. n. e Lucian. Charid. c. 8 adtulit, conparamus cum Alcaico genetivo τῶνδεων 'quem Herodianus ex illo imitatione procusum esse censuit (v. fr. 126. Ahr. I. p. 126).

§. 15. De numeralibus.

Duae cardinalium numeralium formae ex Aeolide in Homericam elocutionem receptae putandae sunt, primum ἴα quod Ahrensius in Kuhn. ann. v. VIII. p. 340 huc retulit, tum πίσυρες quode Giesius p. 196. 200. scite exposuit.

1) Iuxta vulg. μία *Γ.* 238. *Μ.* 456. *Σ.* 565. *Τ.* 293. *Ω.* 396. β. 412. ξ. 514. χ. 130. ψ. 227. μί' *Ω.* 66. ν. 110. μιῆς *Ο.* 416. μίαν *Β.* 379. *Ξ.* 267. 275. *Υ.* 272. δ. 176. η. 65. φ. 121. legitur ἴα *Δ.* 437. *Ν.* 354. *Φ.* 569. ἰῆς *Π.* 173. *Ω.* 496. ἰῇ *Ι.* 319. *Λ.* 174. *Σ.* 251. *Χ.* 477. ἴαν ξ. 435. Vides igitur peregrinae vocis genetivum et dativum quorum ex Aeolide nullum exemplum habemus prorsus secundum Ionicam consuetudinem formatos omneque Aeolismi indicium per saeculorum decursum usque ad Alexandrinorum aetatem esse exstinctum, ut ii vulgarem accentum adscriberent; cf. Herod. II. ὀνομ. II p. 613, 28: ἐπειδὴ γὰρ τὸ ἴα καὶ μία ἐν τῇ γενικῇ καὶ δοτικῇ μακροκαταληκτεῖ, τούτου χάριν τῷ Ἰωνικῷ ἔθει καταβιβάζεται ὁ τόνος (v. Goettling. de acc. p. 363) et ad *Ζ.* 422. π. Ἰλ. πρ. II. p. 57. de ἰῇ: καί φασί γε τὸ τοιοῦτο Ἰώνων εἶναι· τινὲς δὲ ἐτόλμησαν λέγειν αὐτὸ Ἀττικόν. — Quamvis autem origo duarum vocularum nondum enucleata est, tamen hoc pro certo poni potest eas non dirimendas esse. Ahrensius quidem ἴα e μία et utrumque e genuino σμία pro σαμία mutilatum esse putavit quae explicatio minime probanda est (v. Kuhn. ann. VIII. p. 138). Rectius autem, credo, digamma in auxilium vocatur cuius nescio an vestigium apud Homerum sit ille hiatus qui est ante ἴα *Φ.* 569 et ἰῇ *Ι.* 319 (v. Bekk. sched. Hom. II p. 29), quod in A. fr. 33, 6. fortasse scriptum erat et productionem antecedentis syllabae brevis effecerat: μόνον *Fίαν* (pro μίαν quod Ahrens. I. p. 128. e certissima emenda-

tione redditum praedicavit) sed plane evanuerat in S. fr. 69, 1: *οὐδ' ἴαν*, ut *μία* e *Fία* ortum sit sicut *μάλευρον* e *Fάλευρον* (v. Curt. 540/1. 544). In hanc originationem quam etiam Christius p. 253 probavit iuvat conparare quod Lobeckius path. el. I p. 112 e schol. Lips. *B.* 201. adscripsit: *μὲν ἀπὸ τοῦ τρίτου προσώπου τοῦ ῖ* (cuius dativus legitur in Hesiodi fr. CCIV. Goettl. *ἴν* vel *ῗν* et apud Corinnam fr. 36. Bergk. p. 1213. *ἕϊν*, v. Ahr. I. p. 208. de mist. dial. p. 74; de accus. v. Gies. p. 303) *πλεονασμῷ τοῦ μ ὡς ἴα μία, ἄλευρον μάλευρον.* — Sed adcedit masculini forma *ἰῷ* Z. 422. de qua nullusdum quod ab omni parte probabile sit invenit. Ex Aeolismo scilicet explanatio non patet quia hic *εἷς* fuit in usu; Alexandrini autem adiectivum *ἴος ἴα ἴον* iuxta *εἷς μία ἕν* Homericae aetati vindicarunt, quod Trypho ap. Apoll. de pron. p. 70. C. cum demonstrativa stirpe *ἰ* coniunxit indidem *κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ō οἷος* repetens[35]; laudavit hanc originationem Giese. Neque aliter nuper Leo Meyer in Kuhn. ann. v. VIII. p. 140 statuit. Ahrensius vero ib. p. 345. formam *ἰῷ* ab altera *ἴα* plane diversam esse iudicavit; sed quod illam in titulo Locrico a Rossio iterum edito (1854 Lips.) in litteris *ΔΙΠΛΕΙΟΙ* quas Rangabéus *διπλεῖ οἷ* Kirchhoffius *διπλῇ Fοῖ* ipse *διπλεῖ ἰῷ* legendas proposuit deprehendisse sibi visus est, hoc valde mirari subit quod v. d. in titulis Graecis satis versatus Rangabéi lectionem propter palaeographicam causam inprobavit atque diphthongum vocis *διπλεῖ* per solum *E* scriptam fuisse opinatus est; debuit certe *διπλῇ* legere, sed opinio plus uno nomine incerta est (v. Curt. et. p. 365. 496) neque interpretatio verborum *ἰῷ ἤματι* „illo die" maioris pretii est quam vulgaris „uno die". Ceterum cum plane singularis sit, quispiam suspicetur *ἰῷ* a poeta per falsam analogiam e feminino fictum esse (v. Ahr. p. 343); sed rem in suspenso relinquere satius erit.

2) Formae *πίσυρες* adfectiones Aeolicas iam supra conmemoravi (§. 6. 2 §. 8. 8.), quare solum locos indicabo: *O*. 680.

---

35) Si recte accipitur stirpi *ἰ* digamma praefixum fuisse, conici possit οἷος pro *F*ίος esse sicut 'Οϊλεύς et 'Ιλεύς (v. Duentzer. Zen. p. 50. Schmidt. Did. p. 16. Laroch. p. 323) pro *F*ϊλεύς; cf. Curt. et. p. 523, de diaeresi ὄϊος Gies. p. 304.

Ψ. 171. *Ω*. 233. *ε*. 70. *π*. 249. *χ*. 111; Ionica autem *τέσσαρες* saepius obcurrit: *B*. 618. *E*. 271. *Λ*. 634. 699. *Σ*. 578. *Ψ*. 268. *δ*. 436. *ι*. 334. *ξ*. 22. *π*. 349. *χ*. 110. 204. *ω*. 279. 497.

Caput quartum.

De verborum declinatione.

§. 16. De augmento et de reduplicatione.

Quam recte veteres grammatici de iis quae intra verborum copiam ab Homero ex aliis dialectis in carminum Ionicorum elocutionem admissa esse arbitrati sunt iudicaverint, saepius vix pervestigamus, quoniam eorum praeceptis lux e titulis, fide dignissimis fontibus, non adfunditur. Potuerunt sane crebrius a vero aberrare quia structura coniugationis, si a quibusdam terminationibus discedis, in diversis dialectis aequabiliorem habet speciem ut non facile quid cuique proprium, quid a quaque alienum sit perspiciatur. Adcedit quod nonnulla quae aperte ex linguae Graecae antiquissimo statu hic illic remanserunt falso certis dialectis adseruerunt. Hoc valet de augmenti omissione quam veteres, maxime Aristarchus, Iadis propriam fuisse sibi persuaserant eaque de causa ubi fieri potuerat in carminibus restituerant. Sed ea nusquam in vivido sermone latius patuit, potius ubique ex poetarum usu qui metri necessitati indulgebant repetenda est. Inter recentiores quidem Fosterus ap. Burg. p. 399 eam ex Aeolismo, Heynius vero (v. Bekk. sched. Hom. I. p. 115) et Larochius p. 423 ex Ionismo derivaverunt. Neque melius reduplicatio aoristorum et futurorum quae est in *κέκλετο πεπλήγετο κεχάροντο λελαθέσθαι πεφιδέσθαι πεπιθήσω διδώσειν* etc., quae ipsa multo antiquior est dialectorum aetate (v. Curt. de temp. et mod. p. 163), mox Aeolidi mox Iadi adiudicata est; scilicet Aeolicum anadiplasiasmum schol. in Homericis vocibus *κεκλόμενοι* *N*. 332. *κεκαδησόμεθα* *Θ*. 353, at Aristonicus in *πέπληγον* Ionicum agnoverunt, de qua re testis est Eust. p. 1596, 3 (v. Lobeck. ad Buttmann. gr. Gr. II. p. 36.

Curt. de temp. et mod. p. 161); atque Trypho qui idem in perfectis reduplicationis omissionem πάθος Αἰολικὸν vocavit (Ahr. I. p. 147) eum pleonasmum et Ionibus et Aeolensibus vindicavit: legimus etiam ἐκ-λελάθοντο in S. fr. 93, 2. 3. Sed ex antiquo more poetae illud additamentum adoptaverant.

§. 17. De coniugatione in ω exeunte.

1) Creberrimum grammaticorum praeceptum quo Aeolenses in verborum quorum stirps liquida terminata est aoristis et futuris σ inseruisse dicuntur neque aliunde fulciri potest neque congruit cum propria liquidarum geminatione. Recte igitur Ahrensius p. 182 perspexit propter retractum accentum id probatum fuisse. Sed ita ea opinio inveteravit ut ipse Herodianus abhinc psilosin Aeolicam (§. 1. II. 5) postularet in ἔλσαν ὅτι Αἰολικωτέρα ἡ κλίσις (v. Gies. p. 275), item *A*. 136 in ἄρσαντες quod alii Aeolica syncope pro ἁρμόσαντες ortum dixerunt, ipse ἀπὸ τοῦ ἄρω, οὗ ὁ μέλλων Αἰολικὸς ἄρσω derivavit (idem valet de ἆρσεν *A*. 10. v. schol. L. Gies. p. 407), ubi Aristarchus asperum scripserat quem notavit Epimer. auctor in Cram. An. Ox. p. 174, 1; ἀπέκερσε *K*. 456. ab Aeolico futuro κέρσω repetitur π. ῥημ. II. p. 807, 15. Plurimae autem notae grammaticorum cognitionem satis mutilam tradunt, Genuina vero ea formatio est qua ad liquidam ipsam suffixi σ adplicatur, cuius in tota lingua sparsim exempla deprehenduntur; paulatim tamen quia liquidarum cum σ concursus Graecorum auribus, ut videtur, minus suavis erat (v. Curt. de temp. et mod. p. 287. Leskien. Stud. II. p. 80), is in dialectis diverso modo evitabatur: in futuris aut σ elidebatur et εω vel solutum vel contractum tenebatur aut sicut in aoristis apud Aeolenses liquidis adsimilabatur, cum reliqui Graeci productionem adhiberent.

2) E terminatione εια ειας ειε quam Aeolenses, si cum Ahrensio I. p. 148. II. p. 335 grammaticis fides habenda est, in aor. I. act. opt. exhibuerunt aliquantum firmamentum adcedit Aeolismo Homerico quem propter liquidam geminatam statuimus (§. 7. I) ὀφέλλειεν, quamquam, ut locutione utar Herodianea, (π. ῥημ. II. p. 823, 17) τῷ μὲν ᾱ προσώπῳ οἱ Αἰολεῖς μόνοι κέχρηνται, τῷ δὲ δευτέρῳ καὶ τρίτῳ καὶ οἱ Ἀθηναῖοι. Aristar-

chus ergo Atticismi studiosissimus pro Zenodoti vulgari, non Dorica forma (Duentzer. p. 64) τίσαιεν scripsit τίσειαν etc. (v. Laroch. p. 396).

3) In tert. pers. plur. opt. ατο pro ντο apud Aeolenses fuisse traditur atque credidit Ahrens; erat etiam Ionica terminatio, quare grammatici temere πειθοίατο *M.* 229. *Ξ.* 93. ad Aeolismum relegarunt; tamen fortasse hoc cadit in formam δευοίατο *B.* 128. *E.* 202 utpote Aeolicam (§. 3. 5).

4) Parum stare potest hic a veteribus laudatus Aeolismus: ἐπισχοῖες *Ξ.* 241, quam lectionem Aristarcho probatam Herodianus π. καθ. πρ. I. p. 469 defendit duplici explicationi indulgens, vel eam ex ἐπίσχοις per pleonasmum litterae ε ortam esse vel ex ἐπισχοίης adtenuatam, (v. Osann. An. Rom. p. 286. Ribbeck. in cens. p. 11. Laroch. p. 129), quod utrumque plane inauditum est, aut ἐπισχοίης, cuius scripturae nunc ab omnibus receptae rationem Alexander Cotiaeensis, doctissimus grammaticus[36]), in libro decimo τῶν παντοδαπῶν in schol. A. laudato sic reddidit: τῷ ἐπίσχοιμι ἀκόλουθόν ἐστι τὸ ἐπίσχοις, τῷ δὲ ἐπισχοίης τὸ ἐπισχοίην· καὶ ἴσως οὕτως ἔχει, παρεφθάρη δὲ ὑπὸ τῶν μεταχαρακτηρισάντων, τῷ δὲ χαρακτῆρι γενόμενον ὅμοιον τῷ ἰοίην καὶ ἀγαγοίην παρὰ Σαπφοῖ (fr. 159) καὶ τῷ πεπαγοίην παρ' Εὐπολίδι εἰκότως ἐβαρυτονήθη τὸ ἐπισχοίης ὡς Αἰολικόν. Sed in forma ipsa insoliti quid inest ut ex altera dialecto in Homerica carmina adsumpta dicatur? An accentus Aeolicus? sed quis praeter illum locum potuit habere? Nugantur de Aeolismo quem nescio an etiam Attico comico inculcaverint. Minime illa longior terminatio Aeolidis tam fuit propria ut ab Homeri Ionismo aliena iudicaretur, potius vulgaris fuit in σχοίην et Ionica in εὑροίην (ex Hippocr. v. Matthiae gr. I. p. 443. Spitzner ad l.) et Dorica in πεπαγοίην ex Eupolidis Helotibus desumpto (v. Ahr. II. p. 330) et Attica in πεπηγοίην (v. Curt. de temp. p. 258).

5) Atque ii grammatici bene lapsi sunt qui longiores infinitivos in -εμεναι quos Homerus ex antiquitatis usu retinuit Aeolicos vocarunt, velut schol. L. ad χολώσεμεν *A.* 78: εμεν τῶν Δωριέων — (ἐκεῖνοι γὰρ τὰ εἰς ειν εἰς εμεν μεταποιοῦσι· τύψειν

36) Cf. Lehrs. quaest. epic. de Apione p. 12.

τύψεμεν), οἱ δὲ Αἰολεῖς εμεναι λέγουσι socorditer adspersit; alios notat Ahrens. p. 133. n. 7; est scilicet illa in Aeolide solum in ὀνθέμεναι ἀπυδόμεναι ἔμμεναι (Ahr. p. 141).

6) Dico nunc de Aeolica part. perf. act. formatione a sermonis vulgaris more longius recedente in ων οντος facta, cuius tutissima e titulis tenemus exempla quae omnia adponam ne dubitatio possit exoriri: πεπληρώκοντα c. i. G. I. n. 2189. (Ahr. p. 148) κατεληλύθοντος ap. Conz. in Itin. Lesb. tab. VIII. 2, 9. ἐπιτετελέκοντα tab. XVII. 1, 6. πεποήκων ap. Kaibel. in Cyriaci sylloge XX. 5. p. 6, pro quo per lapsum legitur πεποηκον v. p. 17. Recte ergo grammaticorum exempla εἰρήκων νενοήκων (v. Greg. Cor. de d. Aeol. §. 56. p. 621. Ahr.) se habent et Alcaicum πεφύγγων pro πεφευγὼς (fr. 147) quod mox a perfecto πέφυγα Siculorum more (v. Eust. 1596, 5: Σικελοὶ γὰρ τὸ ᾶ τοῦ παρακειμένων — quam Ahrensii II. p. 328, 1 coniecturam pro tradito περισπομένων inmerito Bergkius neglexit — εἰς ῶ μετατιθέασιν, vel ap. Ahr.: εἰώθασι γὰρ οἱ παρακείμενοι τρέπειν τὸ ᾶ εἰς ῶ ἢ ποιεῖν ἐνεστῶτα· πολὺ δὲ τὸ τοιοῦτον πάθος παρὰ Συρακουσίοις) in praesens πεφύγω vel πεφύγγω mutato derivatur mox pro πεφυγὼς κατὰ πλεονασμὸν ἑτέρου γ̄ sibilante in liquidam conversa ortum putatur. Merito autem πεφύγγων ubi stirps nasali aucta est, pro πεφευγώς ubi vocalis amplificatio perspicitur, iusti perfecti loco Curtius (de temp. et mod. p. 57. 188. 227) agnovit atque adversus Hirzelium de dial. Aeol. p. 56 praesentis esse participium autumantem et totum genus falsae analogiae reliquorum participiorum tribuentem Bergkius defendit; non minus Pindarica κεχλάδοντας et πεφρίκοντας (Pyth. IV. 179. 183) solum ex Aeolica dialecto possunt perfecta explanari (v. Ahrens. II. p. 331. Bergk. Savelsberg. de dig. p. 36. alios). Sed quo modo Aeolici infinitivi perf. τεθνάκην ἐπιτεθεωρήκην (cf. πρόσταν pro προστάμεναι in tit. Eryth. l. 35. 43) qui accentus retracti vi -αι abiecerunt formati sint, utrum propter aliorum infinitivorum analogiam (cf. κάλην γενήθην μεθύσθην) vocalem produxerint, id quod Hirzel. p. 27 probat, an alia de causa, — nam Ahrensii de productione conpensatoria p. 89. 148 cogitantis opinio non probanda est — mitto quaerere; contra de participiis quae neque cum Plehnio in Lesbiac. libr. p. 130 ab

indicativis in *ω* neque cum Hirzelio ex analogia repeti debent, perperam antiquitatem formationis ab Aeolide detrectatam esse existimo. Scilicet antiquior suffixi quod vulgo fuit vas vel vat forma vâns vel vant (v. Bopp. §. 538. p. 360. 137. Ebel. in Kuhn. ann. I. p. 298. Christ. p. 276/7. Curt. Stud. II. p. 171. 174. Erl. p. 64. Brugman. Stud. IV. p. 129) in Aeolide retenta atque in -*ων* littera finali abiecta transmutata videtur, quae ratio in hac dialecto suae proprietatis tenacissima ad recentissima tempora duravit. Verum iam Giesii ea fuerat opinio qui sic locutus est p. 103: „im griech. partic. perf. erhielt sich vom alten Nominativ -*ους* in der gewöhnlichen Sprache in -*ως* das *ς*, im Aeolismus in -*ων* das *ν*.“ —

Huius igitur Aeolismi clarissimum exemplum apud Homerum est forma *κεκλήγοντες* quae *M.* 125. *Π.* 430. *P.* 756. 759. *ξ.* 30. post primum pedem legitur sed in recentiori parte *μ.* 256 in accusativum mutata de suaque sede detrusa est; lectio vero sine dubio genuina atque antiquissima fuit neque Aristarcho non placuit, sed in altera editione postposita est, quia, ut inquit schol. Vict. ad *Π.* 430, *οὐκ ἀναγκαῖον τὸ Αἰολικὸν μέτρου μὴ ἐπείγοντος*, vulgari et Ionicae formae *κεκληγῶτες κεκληγῶτας* (cf. *τετριγῶτας B.* 314. *τεθνηῶτας ἐμμεμαῶτε* alia; de producta vocali v. Brugmani diss. p. 75. 135. 173/4. atque p. 74 de stirpis forma diversa *κέκληγα* : *κέκλαγγα* = *πεφευγώς* : *πεφύγγων*). Quo modo autem ille formam explicuerit, utrum eam de singulari Aeolico *κεκλήγων* cuius nullum vestigium apud Homerum deprehenditur (v. Laroch. p. 296; *κεκληγὼς* habet *B.* 222. *E.* 591. *Λ.* 168. 344. *N.* 755. *P.* 88. *μ.* 408) repetiverit an vulgari *κεκληγότες* litteram *ν* insertam fuisse crediderit ignoramus; sed si omnino de Aeolismo cogitavit, certissime perfectum, non aoristum intellexit quod Lobeckius ad Buttm. gr. Gr. II. p. 36 statuit mire lapsus: „unter Aeolismus verstand er ohnstreitig nicht die metaplastische Endung *ων* statt *ως* wie Gregorius p. 621 *εἰρήκων νενοήκων* aeolische Formen nennt, sondern die Reduplication des Aorists“; ipse autem et -*ῶτες* et -*όντες* metri causa pro pristino -*ότες* e prisca litteratura transpositum esse imaginatus est quod pluribus refelli non opus est[37]). Pleonasmi

37) Nunc tandem cum in nitidas chartas usque diss. scripsissem, Rumpfii

vero Aëolici adsumptio, e qua interdum accentus in penultima resedit in cod. *κεκληγόντες* (v. ξ. 30 in cod. Harl. ap. M. Schmidt. Did. p. 207. Lobeck. p. 37), fortasse a Tryphone in libris *περὶ πλεονασμοῦ τοῦ ἐν τῇ Αἰολίδι διαλέκτῳ* aut *περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ διαλέκτων* illustrata fuit unde eam adripuit auctor de Homeri dial. ap. Maitt. p. 478. (v. Gies. p. 46. n.); Herodianus contra disputavit formamque *κεκλήγοντες* quam solam servandam esse iudicavit non Aeolicam sed Syracusanam esse sibi persuaserat; nam *ἔθος δὲ*, inquit ad *Π.* 430, *τῷ ποιητῇ οὕτως σχηματίζειν.* Cf. *π. Ἰλ. πρ.* ad *M.* 125. II. p. 81: *κεκλήγοντες ὡς ἀρήγοντες. οὐ γὰρ τὸ κεκληγότες ἐπλεόνασε τῷ ν̄, οὐδὲ παρὰ τὸ „ὀξέα κεκληγώς" ἐκλίθη, ἀλλὰ παρὰ τὸ κέκληγα γέγονεν ὁ Συρακούσιος ἐνεστὼς κεκλήγω — ἀκόλουθος δὲ τῷ κεκλήγω μετοχὴ ἡ κεκλήγων βαρυνομένη, ἔνθεν τὸ κεκλήγοντες*, ad ξ. 30. et μ. 256: *κεκλήγοντες· εἰ μὲν διὰ τοῦ ω̄, προπερισπᾶται, εἰ δὲ διὰ τοῦ ν̄τ̄, προπαροξύνεται, π. καθ. πρ.* I. p. 434, 7: *κεκλήγω — καὶ πεπλήγω — ποιητικῶς βαρύνονται ἀπὸ τῶν παρακειμένων γεγονότα*; item *βεβρώθοις Δ.* 35. e *βεβρώθω* et *ἐκλέλαθον B.* 600. e *λελάθω Σικελικῶς ἀπὸ τοῦ λέληθα καὶ Ἰακῶς λέλαθα* expedivit (v. Lentz. not. ad II. 830, 10); sed in forma *πέπληγον* Aristonicus Syracusanam consuetudinem inprobaverat (v. Eust. p. 1596, 3). Attamen ne Syracusani quidem in masculino participii conformando a vulgata consuetudine quantum scimus descivérant, v. Ahr. II. p. 331. 334. Quaeritur igitur quae forma maiorem habeat probabilitatem. Adparere autem confido Aeolicam omnino non in certissima memoria haesisse nisi satis constanter ex antiquitate tradita esset; sane vulgaris ab Aristarcho potuit inculcari, minime vero Aeolica. Mihi quidem propter hanc verisimilitatem Aeolismum Homericum cui ex tota antiquitate maxima adcedit fides rectius Giesius p. 197. Dindorfius Bergkius p. 853. n. 140. Larochius videntur tutati esse quam

---

quaestiones Homericas (Gissae 1850) ab Osanno p. 286 laudatas inspicere licuit — nam programmatum et dissertationum facultas in univers. biblioth. adhuc continuo recusatur —. Hic igitur p. 26—28 de ea forma verba faciens etiam Lobeckium merito notavit atque simul concessit formam Aeolicam κεκλήγοντες, cuius plurima testimonia e codd. et grammaticis contulit, post Aristarchum a multis esse probatam.

Bekkerus et Rumpfius, qui „Aristarcheae critices tanta severitate rariores dialectorum formas et a poetae usu alienas inprobantis" (Rumpf. p. 29) rationem secuti sunt, oblitterasse. Quod autem is dixit, Alexandrinos et inferioris temporis poetas magnam partem quidem eiusmodi formas in ων finxisse, nihili est; nam certissime hi non somnia sibi finxerunt sed Homerica exempla imitati sunt; praeterea male de Aeolica Odysseae editione utpote Aeolicas formas servante cogitavit, cf. not. 3. part. alter.

Utrum praeterea eiusmodi vestigia e farragine variarum lectionum ex antiquioribus exemplaribus quae Alexandrinorum manus in dialecticas formas grassantes nondum experta erant adlata emergant, non negaverim; scilicet pro Aristarcheis scripturis κεκοφὼς et κεκοπὼς N. 59 in Chia et Antimachi Colophonii editionibus κεκοπὼν extiterat (v. M. Schmidt. Did. p. 147. Laroch. 296 qui Antimachum etiam σ. 335 item legisse conclusit). Quod porro Ameisius p. 53 in lectione πεπληγὼν pro usitato πεπληγὼς B. 264 in schol. V. tradita hunc Aeolismum delitescere putavit, non consentio quia grammaticum (iuxta λαβὼν B. 261) aoristum intellexisse docet conlatum πέπληγον ϑ. 264, qui saepissime legitur; πεπληγὼς X. 497. πεπληγυῖα E. 763. κ. 238. 319. π. 456. quidem constat; certus sane aoristus est τεταγὼν A. 591. O. 23, quem contra Hemsterhuisium τεταγὼς ap. Lucian. Charont. c. 1. in cod. Vatic. scriptum (v. Sommerbrodt. ed. II. p. 94) Homero intrudentem strenue defendit Buttmannus in lexil. I. p. 154. n. 4.

7) Inter verbi δεύομαι quod §. 3, 5 propter digamma inter vocales in υ emollitum Aeolismo tribui formas nonnullae leguntur quarum flexio cum Aeolica ratione non concinit: ἐδεύησεν ι. (483.) 540. δευήσεαι ζ. 192. ξ. 510. δευήσεσθαι N. 786. (ψ. 128). Nam Aeolenses constanter stirpe δευ- barytonorum verborum ritu usos esse docent exempla δευομένοις δεύει coni. ἐνδεύῃ; itaque tempora conposita debebant ἔδευσα etc. audire, sicut infinitivus futuri ᾿πιδεύσην ap. S. fr. 2, 15 olim legebatur, cuius iustam rationem Ahrensius in Mus. Rhen. vet. v. VI. (a. 1839) p. 362 defenderat (nunc vel ᾿πιδεύην v. Ahr. II. p. 542. de mist. dial. p. 64. Sauppe de duabus inscr. Lesb. p. 25 vel

cum Hermanno *'πιδεύης* v. Bergk. p. 880 restitutum est). Homericae contra quas supra posui formae a stirpe *δευε-* in contractorum modum descendunt sicut in Iadis et Atthidis consuetudine *δέω* declinari solebat. Qua in difficultate quamvis nihil pro certo adfirmaverim, fortasse opinari liceat Homeridas interdum stirpi Aeolicae *δευ-* quam saepissime admissam viderunt per falsam analogiam metro poscente Ionicas terminationes adfixisse; nam et dualem *δευέσθην* Θ. 127 socordiae imitatoris inputare nullo modo dubito. Atque illa explicatio non valde ab Herodiani iudicio distat quod *π. 'Ιλ. πρ.* I. p. 453, 23 protulit: *τὸ δὲ ἐδεύησεν οὐκ ἀπὸ περισπωμένου τοῦ δευῶ γέγονεν, ἀλλ' ἐδέησέν ἐστι καὶ πλεονάσαντος τοῦ ῡ ἐδεύησε* vel *π. παθ.* II. p. 272, 26: *ἀπὸ τοῦ δεῶ δεήσω ἐδέησα ἐδέησε καὶ πλεονασμῷ τοῦ ῡ ἐδεύησεν.*

§. 18. De coniugatione in *μι* exeunte.

Hanc rem de qua nunc quaerendum est prae ceteris salebrosam et inplicatam esse cuivis qui ubertatem et speciem Proteo haud dissimilem coniugationis Homericae admodum intuitus est facile elucebit. Grammatici vero veteres plurima aut obscuriora de quibus ne nobis quidem iudicium constat aut falso aequabilitatis studio conmoti et haud raro fallaci analogiae specie decepti inter vestigia Aeolica numeraverunt, multa etiam quae ex Aeolide in elocutionem carminum Ionicorum manavisse ut ipsi statuamus suadet ratio, propter caligines non dispellendas inconstantiamque linguae ut certis finibus describamus non conceditur.

I. De verbis quae vocalem thematicam producunt.

Verba quorum stirps terminata est in vocalem, ut postea in usu temporum progressu magis magisque exculto disposita sunt inter duas flectendi rationes, quarum altera in *ω* usitatissima est in verbis puris altera in *μι* ad pauca tantum spectat, ita antiquissima aetate linguae Graecae in multo aequabiliorem modum inclinata sunt. Scilicet verba quae contracta dicuntur olim verborum in *μι* coniugationem secuta sunt, quae consuetudo ab illa prisca aetate sparsim in pluribus dialectis haesit, tota fere si pauca eaque non prorsus certa exceperis in Aeolide

(v. Ahr. I. p. 133 sq.) apud Thessalos (v. II. p. 533. 534) apud Arcades (v. Gelbke p. 40 sq.), tamen in singulis tantum verbis apud Eleos (*καδδαλήμενος* iuxta *καδδαλέοιτο*, v. Ahr. I. p. 230) apud Boeotos (v. *ἀδικείμενος* iuxta *αὐλίω* p. 210) apud Delphos (v. *ποιείμενος καλείμενος ἀφαιρείμενος* iuxta plurima vulgaria, v. Curt. Ausbeute der delph. Insch., act. soc. litt. Saxon. 1864. p. 221. Allen. p. 264) apud Locrenses (*ἐνκαλείμενος* v. Curt. Stud. II. p. 445. Allen. p. 264). Vides igitur hanc formationem quam nunc vulgo quia in Aeolica dialecto latissime praevaluit Aeolicam vocant, etiam a Doride non alienam esse neque abhorret ab Homerico usu. A vulgari vero minus propter singulares terminationes excepto praesentis singulari distat quam eo modo quo duae vocales ante eas concurrentes consociantur; eadem ergo re a verbis *τίθημι ἵημι δίδωμι δείκνυμι* — in praes. sing. vocalis natura longa esse videtur —, in quibus terminationes nulla copulativa vocali interposita statim ad breves stirpium vocales additae erant, diversa est. Itaque cum solum de longa vocali quae est ante terminationes agatur, si ad Homericas formas volumus adcedere, ea verba alioqui contracta praetermittenda sunt quae tralaticiam in *μι* coniugationem praebent: *δάμνημι* *E*. 893. *δάμνησι* *E*. 746. *Θ*. 390. *Φ*. 301. *α*. 100. propter *δάμνᾰται* *ξ*. 488. *δάμνατο* *Λ*. 309. *δαμναμένους* *N*. 16. 353. *δάμνασθαι* *Θ*. 244. *O*. 376. (sed *δαμνᾷ* *Ξ*. 199. *λ*. 221. *ἐδάμνᾱ* *E*. 391. *Ξ*. 439. *Φ*. 52. 270. *δάμνᾱ* *Π*. 103.) *πιτνάς* *λ*. 392. *πίτναντο* *X*. 402. (*πίτνᾱ* *Φ*. 7.) *περνάς* *X*. 45. *περνάμενα* *Σ*. 292. *κίρνη* *ξ*. 78. *π*. 52. *κιρνάς* *π*. 14. (*ἐκίρνᾱ* *η*. 182. *κ*. 356. *ν*. 53. atque *κιρνᾷ* ap. Herod. IV. 66 sed *κίρνᾰτε* ap. Alc. fr. 45, 2) alia similia, v. Lobeck. ad Buttm. II. p. 70 sq. Quo e discrimine satis elucet opinioni Hirzelii p. 57 sq. verba pura suffixo *ja* abiecto terminationes verborum in *μι* falsa analogia in Aeolide adscivisse censentis suspicionemque contractionis repudiantis, quo iudicio iis formis novitatis speciem vindicavit, assensum minime esse praebendum, quia res quae in discrimen venit inde non habet explicationem; rectissime igitur eam G. Curtius in Stud. III. 379—401 in comm. quam scripsit: „zur Geschichte der griechischen zusammengezogenen Verbalformen" atque de verbo p. 38. 352—356 post Allenii expositionem ib. p. 264 sq.

explosit, quare nunc eius planissimam disputationem totus sequor. Sed antequam Homerica exempla enumero, pauca monebo de formis *τιθήμεναι* *Ψ*. 83. 247. *τιθήμενος* *K*. 34, quas Gelbkius p. 41 et Allenius p. 265. n. 47 huc trahi vetant rati cum Ahr. I. p. 135 eas metri gratia productas esse, *δίδωθι* *γ*. 380. Nam hoc quidem vix excusari potest (cf. Hartel. Zeitschr. für östreich. Gymn. 1871. p. 597/8). Scilicet verba *ἵστημι τίθημι δίδωμι* interdum in flexionem verborum purorum transducta esse neque raro in Iade constat; exempla autem haec adscribam: *καθίστᾱ* imper. *I*. 202. quem alii ex *καθίστανε* apocope factum putarunt alii *ἀπὸ τοῦ ἱστῶ τὴν κλίσιν παραλαμβάνοντες* (v. Velsen. Tryph. p. 99) vel Aeolenses in auxilium vocantes: *οἱ Αἰολεῖς μιμοῦνται τὰ εἰς ω̄ καὶ ποιοῦσιν ἀπὸ τοῦ ἱστῶ τὸ προστακτικὸν ἵστα καὶ ἵστη* (v. E. Gud. 283, 40 ap. Ahr. I. p. 140. n. 14) explicuerunt, *ἱστᾷ* ap. Herod. IV. 103. *ἵστᾱ* II. 106. IV. 61. *κατίστα* VI. c. 43. (Rennerus I. 2. p. 46 cuius disputationem de hac re inspicias velim nulla invenit exempla apud Homerum et elegiacos) *ἀποκαθιστάοντες* in tit. Delph. 407, 20 ap. Wescher et Foucart (v. Curt. act. soc. p. 228) atque apertam formam *προθέουσι* = *προτιθεῖσι* *A*. 291. de qua videndi sunt Buttmannus in gr. Gr. v. I. §. 106. n. 9. p. 499. Goettlingius de acc. p. 73. Curtius de verbo p. 213 [38]), ut reliqua Homerica exempla nunc omittam, *διδοῦναι* *Ω*. 425 praesentis *διδόω* infinitivum quem Hermannus de pleonasmo et ellipsi in op. I. p. 242 aoristi esse voluit probante Thierschio gr. Gr. §. 230. p. 378. aliisque (aliud statuit Kuehnerus p. 651. n. 1), M. autem Schmidtius Did. p. 206 recte cum *διδεῖναι* ex Hesychio deprompto pro *διδέναι* quod fluxit a *δίδημι δεσμεύω δέω* contulit (Aeolicus infinitivus qui est apud Theocr. 29, 9 *δίδων* etiam ad analogiam reliquorum

38) Inter alios ei fidem abrogavit Rumpfius quaest. Hom. p. 20—24 paulo fusius disputans; tamen mihi suam interpretationem contortam minime probavit. Maxime autem illi offenderunt quod forma reduplicatione caret. Sane ἀνέθει quod Curtius de verb. p. 213 e c. i. G. I. 1195 dubitanter comparavit incertum est, quia litterae in fine videntur deesse in lapide, sed confidentius Ionicum imperfectum ἔπρεε Hes. Theog. v. 856. (v. Hermann. op. VI. 1. p. 189. Lobeck. ad Buttm. II. p. 275; male Goettlingius ἔπρεσε pro ἔπρησε Aeolicum vocavit; cf. ἔζεσε in cod. M. 3 pro ἔζεε v. 847) = ἐπίμπρη advocaverim.

infinitivorum *κάλην ὄμνῦν* (v. Sauppe p. 28) sicut *τεθνάκην* pro *τεθνακέναι* referri potest). Admirabiliter igitur flexio eorum verborum fluctuavit in Graeca lingua; quare cum in hac forma quasi essent ipsa verba denominativa suffixum verbale *ja* adsumpsissent, suspicor ea etiam interdum cum hoc secundum analogiam declinata esse, quamobrem ea in enumeratione instituenda non segregabo ab aliis (cf. *ἠπιστήθην* = *ἐφιλήθην* iuxta *ἐστάθην*).

Refero autem ad hanc flexionem haec a) quorum stirps exit in *ε*: *ἀπειλήτην* λ. 313. *δορπήτην* ο. 302[39]). (*ὁμαρτήτην* *N*. 584. nunc cum Bekk. et Dind. legitur *ὁμαρτήδην*; *ἐφομαρτεῖτον* exstat *Θ*. 191. *Ψ*. 414.) *καλήμεναι* *K*. 125. *πενθήμεναι* σ. 174. τ. 120. *ποθήμεναι* μ. 110. *φιλήμεναι* *X*. 265. *φορήμεναι* *O*. 310. *φορῆναι* *B*. 107. *H*. 149. *K*. 270. ϱ. 224[40]). *τιθήμεναι* *Ψ*. 83. 247. *τιθήμενον* *K*. 34. *ἀλιτήμενος* δ. 807. (cf. stirpem *ἀλιτε-* in *ἀλιτήσω ἀλιτήμων* conspicuam, v. Curt. de verb. p. 389) *διζημένη* *Δ*. 88. *διζήμενος* *E*. 168. (*K*. 84). *N*. 760. *P*. 221. α. 261. π. 391. φ. 22. (161.) ψ. 253. (semper pone penthemimerin) *δίζηαι* λ. 99. *διζησόμεθα* π. 239. *κιχήμενον* *E*. 187. *Λ*. 451. *κιχήμεναι* *O*. 274. *κιχῆναι* π. 357. *κιχεὶς* *Π*. 342. *κιχήτην* *K*. 376. *ἐκίχημεν* π. 379. et quae sequuntur *κιχείω* *A*. 26. *Γ*. 291. *κιχείομεν* *Φ*. 128. (cf. de *ἐρείομεν* *A*. 62. Curt. Stud. III. p. 394. 3.) *κιχείην* *κιχήσομαι* etc., (cf. Curt. de verb. p. 176) *ἀήμεναι* *Ψ*. 214. (part.) *ἀήμενος* ζ. 131. *ἀήμεναι* γ. 176. *ἀῆναι* γ. 183. κ. 25. *ἄητο* *Φ*. 386. *ἄητον* *I*. 5. *Φ*. 395. *ἄη* μ. 325. ξ. 458. *διάη* ε. 478. τ. 440. (*διάησι* Hes. op. 514. 517. 519.) *ἀέντες* *E*. 526. (*ἄεισι* Hes. th. 875[41])),

---

39) V. Curt. gr. Gr. §. 313. D. 6 p. 148. Non quia singulare est et v. l. δορπείτην traditur reiciendum est. v. Buttmann. gr. Gr. I. p. 487 extr.

40) Eust. p. 1072, 17 verbum φοραίνειν, ἀσυνηθὲς τοῖς καταλογάδην γράφουσιν ὡς ὀνομαίνειν sibi finxit aoristumque intellexit. Non recte Gelbke p. 41 de productione vicaria.

41) In ἄεντες et ἄεισι pro ἄεντι longum η ante ντ ut semper correptum est, v. Gelbke p. 42. Allen. p. 269. Curt. Stud. III. p. 383. Sed ἄεισια udit in schol. E. 526. Αἰολικὸν propter accentum (Ahr. I. p. 16), quamquam legitimus est sicut in Doricis τίθεντι aliis, v. Goettl. acc. p. 74. Ahr. II. p. 312. Nam vulgaris accentus formarum διδοῦσι τιθεῖσι ex διδο-ντι τιθε-ντι natarum debetur errori grammaticorum qui eas ex Atticis διδόασι τιθέασι contractas putarunt vel ut Herodianus a verbis puris derivarunt (cf. ad B. 255: οὕτως

b) quae coniugationis vocalem *α* in *ε* mutatam praebent: (v. Curt. de verb. p. 356.) *προςαυδήτην Λ.* 136. *X.* 90. (*αὔδα Ξ.* 195. *Σ.* 426. *ε.* 89. *προςαυδάτω ο.* 440. *ἐξαύδα Α.* 363. *Π.* 19. *Σ.* 74.) *συλήτην N.* 202. (*σύλα Δ.* 116.) *συναντήτην π.* 333. *φοιτήτην M.* 266. *φοιτήσασα υ.* 6. (*φοιτᾷ Ω.* 533. *φοίτα Γ.* 449. *E.* 595. *I.* 10. *N.* 760. *O.* 686. *λ.* 538. *φοίτων B.* 779. *κ.* 119. *ξ.* 355. *φοιτῶντε Ξ.* 296. *φοιτῶσ' β.* 182.) *ἀρήμεναι χ.* 322 [42]) (*ἀρᾶται I.* 240. *N.* 286. *Ψ.* 209. *τ.* 533.) *γοήμεναι Ξ.* 502. (*γοάοιμεν Ω.* 664. *γοάασκεν θ.* 92. *γοάοιεν ω.* 189 etc.) *πεινήμεναι υ.* 137. (*πεινάων Γ.* 25. *πεινάοντε Π.* 758. *Σ.* 162.) *ὀνήμενος β.* 33. *ὄνησο τ.* 68. *ἀπονήμενος ω.* 30. *ἀπόνητο P.* 25. *λ.* 324. *π.* 120. *ρ.* 293. *ὅρηαι ξ.* 343. (*ὁρᾶται Ω.* 291. *ὁρᾶτο Α.* 56. 198. *Φ.* 390 etc.) *ἐμπίπληθι Φ.* 311. *ἵληθι γ.* 380. *π.* 184. (hymn. XX. 8. *ἱλάονται B.* 550.) c) quae vocalem *ο α υ* habent: *σάω* imperf. *Π.* 363. *Φ.* 238. *σάω* imper. bis *ν.* 230. *ρ.* 595. semper in eadem sede (etiam hymn. in Cerer. XIII. 3. Hermann. et Baumeister. cum Barnes. id pro librorum *σάου* receperunt) *δίδωθι γ.* 380. *ἄμεναι Φ.* 70. *ζευγνῦμεν' Π.* 148. Sed de his postremis primum pauca adnotabo, ubi dubitari non potest quin condicio eadem sit atque in verbis in *ε.* Sicut igitur *καλήμεναι* ortum est e primigenio *καλεjεμεναι*, sic *ἄμεναι* pro *ἀ(F)jαμεναι* (cf. *ἄαται* scut. Herc. 101. pro *ἄFαται* = *ἄεται* v. Goettl. adn. de acc. p. 99. Lobeck. ad Buttm. II. p. 93. Christ. p. 265.) (cf. *ἀσάμενος* Ahr. I. p. 145) atque *ζευγνῦμεναι* pro *ζευγνυ-jεμεναι* prognatum esse et ad praesentia *ἄμι* et *ζεύγνῦμι* referendum censeo (§. 7. 3). Simile vel par est Hesiodeum *ἀρώμεναι* pro *ἀρο(F)jομεναι*, quod ad praesens *ἄρωμι* redit, neque *σάω*, quod e verbo *σαόω* apud Homerum usitatissimo (v. Laroch. p. 310) audire debebat *σάοε* =

περισπωμένως τὸ διδοῦσιν· τὸ γὰρ ῥῆμα διδῶ et ad α. 313: οἶδε δὲ αὐτοῦ τὴν κλίσιν ὁ ποιητὴς scil. διδοῖς etc.). Inmerito igitur Goettlingius Buttmanno adversatus est de acc. p. 73 et male ad Hes. l. ἄεισι pro ἀε-εντι fictum esse negavit simul suspicatus ἄεισι pro ἄησι esse Aeolicum (sc. Boeoticum) et ad schema Pindaricum referens, v. de acc. p. 75.

42) Adiectivum ἀρήμενος Σ. 435. ζ. 2. ι. 403. λ. 136. σ. 55. 81. ψ. 283 quod plerumque cum ἀράομαι conponitur (v. Passov. l.), in schol. P. V. ad λ. 136. βεβλαμμένος, in schol. B. βλαπτόμενος explicitum et ab Eust. p. 1838, 15 accentus causa cum ἀκαχήμενος conlatum (v. Laroch. p. 183) utrum olim perfecti an praesentis ut ἀλιτήμενος participium fuerit obscurum est.

σάον explicari potest nisi e σάωμι, quod Lobeckius quidem ad Buttm. II. p. 13 repudiavit sed recte Curtius de verbo p. 356 probavit Alcaicum σάως = ἰσάους (fr. 73) conferens; veteres nimirum etymologi hic Dorismum Homericum praedicarunt (v. Ahr. II. p. 204).

Nunc primum videndum est utrum omnes hae formae verborum contractorum quae flexionem antiquiorem in μι secuta sunt inter vestigia ex Aeolica poesi deprompta numerandae sint an ad veterem Ionismum vel antiquissimam linguam relegandae; grammatici enim ut postea videbimus saepissime Aeolismos indicarunt; neque profecto illa contractio e vulgaribus contrahendi legibus Ionicis expeditur quia εε coaluit in ει (cf. ἐφομαρτεῖτον κομείτην Θ. 113. κομείτων Θ. 109). Sed ne Aeolismos concedamus primum sane levius offendiculum adferunt longiores terminationes infinitivorum in -μεναι et imperativorum in -θι quae a verbis puris in Aeolide quantum scimus alienae sunt, tum gravius dualis formae cuius ex Aeolide nec vola nec vestigium superest (v. Hirzel. p. 51—53); neque enim dubito quin ποίητον Aeolicum cum Homerico ἄητον conparatum quod τροπῇ τοῦ ε εἰς η Αἰολικῶς ὡς τὸ διζέμενος διζήμενος καὶ τιθέμενος τιθήμενος explicatur (v. Ahr. I. p. 139. 145. n. 21) grammaticorum commentum sit. Sed, quod gravissimum est, usus Aeolicae dialecti minime proprius fuit sed etiam in Doridis consuetudine deprehenditur, v. Allen. p. 264; quod cum ita sit nihil restat nisi ut ipsi Ionismo formationem vindicemus atque contractionis rationem (εϳε per ηε = η sicut ἤερι = ἦρι ἤε = ἤ ἤεν = ἦν, Curt. Stud. II. p. 179, οϳο per ωο = ω) ex communi antiquitate repetamus. Itaque in universum archaismos vocabo, quamquam non negaverim nonnullas voces posse ex Aeolicis carminibus receptas esse neque Ahrensio refragabor qui illud ἀρώμεναι una cum αἴνημι Hes. op. 681 (cf. ἐπαίνημι Stesichoreum et Simonideum) inter Hesiodi certos Aeolismos retulit de mist. dial. p. 73; sed discrimen non interest. Plurimae autem formae solum apud Homerum reperiuntur, reliquae vero quae eadem ratione utuntur[43]) quamquam nusquam verborum purorum habitum induerunt: δίζημαι κίχημι ἄημι in Iadis et vulgari usu

43) V. Bekk. sched. Hom. I. p. 50. 279; non Buttmannus laudandus

versantur (cf. e. g. δίζησθαι Herod. I. c. 94. II. c. 147. ἐδίζητο III. c. 41. διζημένους IV. c. 151. δίζημαι VII. c. 103. διζημένων VII. c. 142. διζήμενος Simon. ap. Plat. Prot. p. 345. C. δίζηνται Aesch. Suppl. v. 820 etc.). Ac ne hilum quidem adiumenti Aeolismorum favori adcedit e conmutatione vocalis primigeniae α in ι facta, cum Aeolica sint ὄρημι ἀτίμημι (v. Ahr. II. p. 507). Nam summa cum libertate dialecti in hac re versatae sunt; sic Aeolis πτοάω ποτάομαι ἐκπονάω pro πτοέω ποτέομαι ἐκπονέω (v. Ahr. I. p. 85) ἀξιάω pro ἀξιόω (p. 94. Curt. Stud. III. p. 189) τιμώσαισα pro τιμήσασα (v. Conz. itin. Lesb. p. 23, l. 7. Curt. l. l. et de verb. p. 352; unde fortasse corrigenda sunt quae legimus in Crameri An. Par. III. p. 350, 20 ad ἠτίμησεν Α. 356: ἔστιν ἐνταῦθα πρώτης συζυγίας τῶν περισπωμένων Αἰολικῶς, ἀτιμεῖς γάρ φασιν οἱ Αἰολεῖς, οἱ δὲ Ἀττικοὶ ἀτιμοῖς, ἀφ' οὗ καὶ τὸ ἠτιμώθη καὶ ἠτιμώμενος μετοχὴ τοῦ παθητικοῦ παρακειμένου· Ἴωνες ἀτιμᾷς) Delphica dialectus συλεῖν pro συλᾶν (Ahr. II. p. 311. Curt. Ausb. p. 221) Doris τιμεῖν ὠνάομαι Pindarus κοινάω (Ahr. II. p. 311) adhibuerunt atque pervulgatissima in ipsa Iade fuerat adtenuatio litterae stirpis α in ε ante ου ω ο admissa, qua de re v. Renner. Stud. I. 2. p. 43. Curt. III. p. 189.

Iam singula quaedam grammaticorum praecepta conmemorabo.

1) Curtius in actis univ. Gotting. a. 1862. p. 489 adiectivum ἀλιτήμενος genuinum praesentis stirpis ἀλιτε- (v. de temp. et mod. p. 97. 253) participium esse agnovit eaque de causa cum ἀδικείμενος et φορῆναι conparans inter Aeolismos recensuit, quem Gelbkius II. p. 41, Ahrensium id metri causa pro ἀλιτόμενος esse autumantem recte refutans quia ἀλιτώμενος exspectaretur, et Allen. III. p. 267 secuti sunt atque ipse sequar, solum nomen Aeolismi reiciens. Antea autem Buttmanno II. p. 108 et Goettlingio de acc. p. 68/9. qui ἄσμενος item extricavit perfectum reduplicatione vel augmento exutum quod adiectivi notionem adoptavit visum erat; sed talis reduplicationis omissae analogia deest. Iam in eadem ambiguitate inter veteres accentus et originationis disquisitio versata est,

est qui §. 105. n. 15. p. 488. et §. 106. n. 8. p. 499 in contrariam partem disputavit; melius Curt. de verb. p. 356 statuit.

de qua re disertum tenemus schol. cod. Hamburg. quod docet vocem si acutum in penultima haberet, esse perfectum, sin in antepenultima, praesens Aeolicum.

2) Tamen exempla quae adportantur ab eius similitudine multum recedunt: ἀλαλήμενος ν. 333. ξ. 122. ρ. 245. φ. 327. et ἀκαχήμενος Ε. 24. Λ. 702. Τ. 312. Ω. 550 (in Odyssea semper cum voce ἦτορ coniunctum in fine versuum) ι. 62. 105. 565. κ. 77. 133. 313. ν. 286. ο. 481. υ. 84. Huius accentus quem praeter perfectorum regulam probavit Aristarchus causam Buttmannus in gr. I. p. 430. not. II. p. 42 scite perspexit pronuntians genuinam perfecti notionem antiquitus hebetatam formasque iam Homeridis vel rhapsodis actionem παρατατικῶς significare et adiectivorum instar invaluisse visas esse, quae ratiocinatio analogia (cf. ἄσμενος ἐσσύμενος cuius adverbium ἐσσυμένως saepissime iam exstat apud Homerum φθίμενος ἄρμενος κτίμενος) satis commendata non inmerito placuit Goettlingio p. 68. C. F. Ameisio ad π. 106 in app. III. p. 62. Larochio p. 331. aliis. Sed etiam Aristarchum propter formationem de Aeolismo, quam medicinam posteriores eius rationis scrutatores solent admovere, cogitasse nulla cernitur causa ponendi. Hi scilicet propter accentum illa esse Aeolica praesentia sibi persuaserant. Cf. E. M. p. 56, 35. s. v. ἀλαλήμενος: ἀ. καὶ ἀκαχήμενος· ἔστιν ἀλῶ ἄλημι, ἀκαχῶ ἀκάχημι ἐνεστῶτες· ὁ παθητικὸς ἀκάχημαι καὶ ἀλάλημαι Αἰολικῶς· οἱ γὰρ Αἰολεῖς τὴν παραλήγουσαν οὐ συστέλλουσι, et p. 56, 23 s. v. ἀλάλημαι: ἄλημι καὶ κατὰ μεταβολὴν τῆς συζυγίας (ἀλε- pro ἀλά-ομαι) Αἰολικῶς γίνεται πρώτης συζυγίας καὶ διπλασιασμῷ ἀλάλημι· τὸ παθητικὸν ἀλάλημαι καὶ ἀλάλησθε (l. -σθαι)· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ μετοχὴ προπαροξύνεται. Nam praeter participia interdum infinitivi obcurrunt: ἀλάλησθαι β. 370. μ. 284. ο. 276. υ. 206. ἀκάχησθαι Τ. 335. δ. 806 atque indicativi formae: ἀλάλημαι Ψ. 74. λ. 166. ἀλάλησαι ο. 10. ἀλάληται ν. 340. ἀλάλησθε γ. 72. ι. 253. (ἀκαχήατο Μ. 179.) ἀκάχημαι θ. 314. τ. 95. ἀκάχηται ψ. 360. et imper. ἀλάλησο γ. 313. quas omnes ad praesentia retulerunt. Item Methodius ib. p. 56, 41. 49—55 de ἀλαλύκτημαι iudicavit: οἱ μὲν παρακείμενον, οἱ δὲ ἐνεστῶτά φασιν. οὕτω δὲ ἐνεστὼς ἐστιν ἀλυκτῶ, οὗ παράγωγον εἰς μι ἀλύκτημι· οὗ παθητικὸν Αἰολικῶς ἀλύκτημαι — καὶ ἐν διπλα-

σιασμῷ ἀλαλύκτημαι· ἐπεὶ ὁ ποιητὴς πολλοῖς Αἰολικοῖς χρῆται καὶ μάλιστα ἀλαλήμενος καὶ ἀκαχήμενος (sic scripsi pro ἀκαχήμενος καὶ ἀκάχμενος, v. Ahr. p. 144, 20). Sic si non omnes at certe plerique ex praesentium ratione accinebant, perfecti vero analogiam maxime Ptolemaeus Ascalonita defenderat cuius scriptura usque ad Wolfium *T.* 335 in editionibus resederat (v. Bekk. sched. Hom. I. p. 72); cf. schol. *δ.* 806: οἱ πλείους ἀκάχησθαι ὡς λέγεσθαι ὡς Αἰολικῆς τῆς κλίσεως οὔσης· ὁ δὲ Ἀσκαλωνίτης ὡς πεποιῆσθαι. Cui adstipulatus est Herodianus ab ἄλημι perf. pass. ἤλαμαι καὶ Ἀττικῶς ἀλήλαμαι καὶ κατὰ ὑπέρθεσιν ἀλάλημαι derivans (v. Lentz. II. p. 788, 22). Neque vero sine aliqua veritatis specie ex eius verbis ad *T.* 335 conlegitur accentum in infinitivis e notione usitatiorum participiorum esse adpictum: ἀκάχησθαι προπερισπᾶται ὡς λελυπῆσθαι, οἱ δὲ προπαρώξυνον ὡς Αἰολικὸν ἐν παρατατικῇ σημασίᾳ, ἐπεὶ οἶδε καὶ τὴν ἀκαχήμενος μετοχὴν τοιαύτην, οἷς καὶ ἐπείσθη ἡ παράδοσις; neque ipse ab hac descivit (v. Laroch. p. 183), cf. π. ῥημάτ. II. p. 788, 23: δύναται ἐνεστώς· ἔστι γὰρ ἄλημι ὡς τίθημι, ἄλεμαι ὡς τίθεμαι καὶ διπλασιασμὸς μετ' ἐπεκτάσεως Αἰολικῆς ἀλάλημαι (in schol. *μ.* 284. II. p. 154 φίλησθαι contulit) et π. καθ. προς. I. p. 461 de indicativorum accentu loquens: τὰ μὲν οὖν βραχείᾳ παραληγόμενα προπαροξύνονται· λέγομαι κτλ.· τὰ δὲ φύσει μακρᾷ ἁπλᾶ ὄντα προπερισπῶνται· κεῖμαι ἧμαι ποιοῦμαι γελῶμαι addidit: ὑπεσταλμένων τῶν τῆς Αἰολίδος διαλέκτου, ἀκάχημαι γὰρ καὶ ἀλάλημαι, καὶ τοῦ παρακειμένου. — En satis testimonia quibus grammaticorum iudicium ad Aeolismos Homericos augurandos valde proclive cognoscas. Equidem nunc Buttmannum §. 85, 4. I. p. 330. §. 111, 3. II. p. 42 secutus contra Lobeckium qui Aeolicam productionem formarum ἄημαι et δίζημαι conparavit atque praesentium reduplicationem aliunde tutatus est diiudico, retractum accentum participiorum non ex Aeolismo sed e propriae notionis oblivione et principalis status mutatione, etiam inde infinitivorum esse repetendum omniaque vera perfecta ad vulgarem flectendi rationem releganda, quae facillime sicut ἧμαι (Dor. ἧσμαι v. Ahr. II. p. 574) et κεῖμαι praesentium vim adoptare potuerint.

3) Verbi κίχημι formas ἐκίχημεν et κιχήμενος quacum τιθή-

μενος contulit Lobeckius ad Buttm. II. p. 217 expresse inter certos neque ullam dubitationem relinquentes Aeolismos numeravit, cf. Buttm. I. p. 499. §. 106, 8.

4) De praesenti δίζημαι cuius stirps ζε- latet in ζη-τέω et in ζέω vel ζείω, quo Curtius et. p. 572 ex Hes. ζίεται quod legi iubet ζείεται· ζητεῖται remittit, Herod. ad Z. 268 π. Ἰλ. πρ. II. p. 55. (π. καθ. πρ. I. p. 467, 7—11. p. 536, 4—7. π. παθ. II. p. 308, 10, Goettl. de acc. p. 98) sic exhibuit: ὅσα εἰς θαι λήγει ἀπαρέμφατα μὴ κατ' Αἰολίδα διάλεκτον, τρίτην ἀπὸ τέλους ἔχοντα τὴν ὀξεῖαν φιλεῖ πρὸ τοῦ τέλους βραχύνεσθαι, ὅσα δὲ πρὸ τοῦ τέλους ἔχει φύσει μακρὰν, περισπᾶσθαι θέλει — τὸ γὰρ δίζησθαι, φίλησθαι ὑποφαίνει Αἰολικὸν χαρακτῆρα. Sed Aeolicam formam servavit Hes.: δίσδημαι vel δίσδημι ζητῶ (v. Curt. de verb. p. 153); neque vero cum Curtio illic perfecta κεῖμαι ἧμαι ad conparationem admoverim.

5) Verbum ἄημι quod propter η ubique servatum saepissime Aeolicum audit luculentum est exemplum antiquioris consuetudinis verba contracta in μι flectendi; nam contractionem vocalis longa quae non ex antecedente digammo vel aliunde explicari potest satis indicat. Neque vero aliter formatum est atque τελέω pro τελέσjω : ἄημι pro ἀ-Fεσjεμι (v. de ἀ prothet. Christ. p. 241 qui id euphonicum esse dixit, de radice Fα- Doederl. gloss. Hom. I. n. 1. qui apte got. vaian adtulit Curt. et. p. 361. de verb. p. 174, de stirpe ἀFες Leskien. in Curt. Stud. II. p. 101. Allen. III. p. 269. n. 50). Iam veteres grammatici formas semper fere e verbo puro ἀέω extricaverunt unde auctor π. Ὁμήρ. διαλ. ap. Maitt. p. 478 (v. Bekk. sched. Hom. I. p. 64. Ahr. p. 144. n. 19) διάη pro tradita scriptura διάει Aeolismi Homerici instar venditavit locutus διὰ τοῦ η παρὰ τοῖς Αἰολεῦσι ἐκφέρεσθαι ὡς ἐφίλη ἐνόη δίδη (Α. 105) — καὶ διάει quod e sententia eius διάη scribendum esse nemo non videt. Eodem fortasse ex Hes. redeunt glossae ἄειται et ἄειτον praeter quod accentus obstrepit, nisi eas cum Doederl. l. l. et Lentzio praef. p. CC e sueta posterioribus confusione diphthongi ει et vocalis η explicare satius est, sed certe participium ἀῶν inde finxerunt (Ahr. I. p. 141. n. 17); potuit igitur facillime ἄει quod Eust. μ. 325. praebet (v. Bekk.) et codicum lectio διάει exoriri quam

Bekkerus propter ἄη Ahrens. de coni. in μι Hom. p. 28 alii (v. Lobeck. parall. p. 158) plane damnaverunt; neque refragor. Sed balbutit grammaticus ille de Aeolismo διάη, cum ζάη sicut in dial. Cypria ζάει (p. 44. n. 16) audire debeat, vel δίδη quod Eust. sic derivans: δίδη, ἤγουν ἐδέσμει, ἀπὸ τοῦ δίδημι ὡς ἀπὸ τοῦ ἵστημι ἵστη (verba Scaliger ad Phryn. ecl. ap. Lobeck. p. 244 admovit) ad vulgarem flexum relegavit (cf. διδεῖ δεσμεύει Hes.).

6) Ὀνήμενος Aeolicum vocatum (v. Ahr. I. p. 145. n. 21) et ab Heraclide ap. Eust. 1432, 33 pro ὀνούμενος (quod Lobeck. ad Buttm. II. p. 256. e Luciani Philopatr. §. 26. adscripsit) τροπῇ Αἰολικῇ τῆς ου διφθόγγου εἰς τὸ η ὡς καλήμενος explicatum videmus praesentis loco verbi defectivi ὄνημι (ὀνέω pro ὀνινα-) intellectum esse, cum nunc pro aoristi participio valeat quamquam de ὀνίνημι debuit ὀνάμενας sicut ὄνασθαι et ὀναίμην exsistere; Lobeck. quidem p. 71. n. 4. Heraclidi diffisus est sed ad Phryn. p. 13. ipse de imperfecto verbi ὄνημαι exposuit. Scilicet antiquissimo linguae usu formae ex ὀνίνημι quod par est ἵστημι formae, et ὄνημι quod est pro ὀνέω, consociatae esse videntur in unius verbi systema; rectissime ergo Curtium de verb. p. 356. ὀνήμενος inter praesentia conlocasse arbitror.

7) Homerica forma ὄρηαι ξ. 343, quam „quidam ectasi dixerunt ex ὄρεαι alii ab ὄρημι alii ab ὀρέεαι ὀρέαι (sic Goettl. de acc. p. 103) cum ectasi ὀρῆαι ut μυθέαι μυθεῖαι repetiverunt" (Lobeckii verba sunt quibuscum una Lentzius ad Herod. I. p. 461 ex Eust. p. 1763, 24 transcripsit; τὸ ὁρᾷς Ὅμηρος ποιητικῶς ὄρηαι φησὶ προπαροξυτόνως ἀπὸ ἐνεστῶτος τοῦ ὄρημι κτλ.), certissime huc cadit quacum conferenda est Hes. glossa Aeolica ὄρημαι ὁρῶ (v. Gies. p. 374. Ahr. I. p. 28. 136). Atque iure sic acceperunt Curtius in gr. Gr. §. 312. n. p. 147 et Rumpfius quaest. Hom. p. 19. qui, postquam exposuit p. 18 „Aeolicam quam dicis rationem omnium verborum μι esse maxime propriam atque etiam in aliis Atticae declinationis formis esse servatam" (v. Curt. Stud. III. p. 394), de ὄρηαι sic scripsit: „malo illud ad Hes. ὄρημαι referre et cum Oro Milesio (E. M. 621, 35) et Eust. tum paroxytonum accentum, tum coniuga-

tionem *μι* sumere, quam cum Buttm. §. 105, 15. n.* et Kruegero II. §. 34, 5. *A.* 4 *ὄρηαι* ex *ὁράεαι* derivare.“ Quod autem in forma *σ* inter vocales evanuit pro *ὄρησαι* satis habeo formas *δίζηαι βέβληαι* *E.* 284. *M.* 380. *N.* 251. *μέμνηαι* *Φ.* 442. pro *δίζησαι βέβλησαι μέμνησαι* (v. Christ. p. 139) et *ἐπίστῃ* Theog. v. 1085. pro *ἐπίστασαι* (v. Renner. p. 47) conparasse. Ceterum egregie Buttmannus I. p. 488 abhinc Zenodoti lectioni *ὁρῆτο* lucem adfundit quam ipse quidem contra scholiastas, hunc inscitiae arguentes quod esset Doricum, e recentiore Ionica contractione qua *αε* in *η* coaluit defendit probantibus Langio in observ. crit. in Il. libr. prim. p. 6. (Oels. a. 1839) Heffter̄o de Zenod. p. 11. Duentzero p. 63; sed procul dubio melius *ὄρητο* (v. Buttm. p. 499) ad eandem antiquam flexionem in *μι* refertur. Elucet tamen quo studio Aristarchus aliique rariores formas exstirpaverint.

8) Non est cur pluribus formam *ἐμπίπληθι* persequar quacum Buttmannus I. p. 508. apte *δίδωθι* conposuit; de vocali mutata cf. Ionicas formas *ἐμπιπλεῖ* (Hippocr. v. Lobeck. ad Buttm. II. p. 274) *πιμπλεῦσαι* Hes. th. v. 880 et Aeolicam *πλήθω* iuxta *πλᾶθος* (Ahr. I. p. 85); item se habent *ἐμπιπρεὶς* pro vulg. *ἐμπιπρὰς* Herod. VIII. c. 109 (v. Buttm. II. p. 275) et *ἔπρεε* Hes. th. v. 886.

9) Eadem est forma *ἵληθι* iuxta *ἱλέομαι* ap. Aesch. Suppl. v. 116. 129. *ἱλάονται* *B.* 550. et *ἵλᾰμαι* hymn. 21, 5. *ἵλαθι* Theocr. 15, 143. quod Aeolice audivit *ἔλλαθι* apud Simonid. Ceum (fr. 49), minime Aeolismorum contemptorem; de hac lectione quam Schneidewinus retinuit sed Bergkius propulsavit nunc post Ahrensii I. p. 284. de mist. dial. p. 71. et Gerthii Stud. I. 2. p. 217. n. 59. dubitationes non inprobabiliter disseruit Brugmanus in Stud. IV. p. 119/120.

II.

10) Nunc de forma **διδοῖσθα** quae plures Aeolismi vindices accepit dicendum est; tamen cum titulorum luce nimis careamus vix certum exsistere iudicium potest. Schol. A. B. V. ad *T.* 270 leguntur haec: *διδοῖσθα· οἱ μὲν βαρυτονοῦσιν ὡς Αἰολικὸν ἀπὸ τοῦ δίδοιμι δίδοις δίδοισθα ὡς τίθησθα· οἱ δὲ περισπῶσιν ἐπέκτασιν εἶναι οἰόμενοι ἀπὸ τοῦ διδοῖς.* Primum

cavendum nobis esse puto ne, quia ad difficultatem expediendam forma ceteroqui non Aeolica *τίθησθα ι.* 404. *ω.* 476. admota est, Aeolismi favorem in suffixo antiquo *-θα* adnexo versari credamus, id quod Buttmanno adridebat §. 107. 8. n. I. p. 506; nam *τὸ προςτιθέναι τῷ δευτέρῳ προςώπῳ τῶν ῥημάτων τὸ -θα Αἰολέων εἶναι* ut plerique de coniunctivis praeceperunt ita simul statuit de indicativis auctor *π. Ὁμήρ. διαλ.* p. 478 (v. Ahr. I. p. 129), qui Homericum et Atticum *ἔφησθα* adiecit ad *εὕδησθα* (iota mutum plerumque in edit. male inculcatum recte deest in codic., v. Schaeferi not. ad Greg. p. 581). Sed ut totam copiam indicativorum coniunctivorum optativorum qui apud Homerum antiquo illo suffixo instructi sunt (v. Curt. de verb. p. 44—51) ex Aeolismo repetamus propter Aeolica *ἔχεισθα φίλεισθα*, haec non subpetunt neque hic usus per Atticam et vulgarem consuetudinem sparsus concedit. Vix abhinc iis qui de voce *δίδοισθα* indicant satis excusationis trahi potest atque etiam e schol. verbis elucet diphthongum *οι* maxime grammaticis ansam dedisse ut Aeolismum foverent, quem alio idoneo exemplo non poterant confirmare. Veteres, in primis Aristarchus [44]), cum saepissime in carminibus Homericis contractae verborum in *μι* formae legerentur neque minus in reliqua Iade: *διδοῖς I.* 164. (schol. A. *ὡς ὀρθοῖς· οὕτως καὶ Ἀρίσταρχος* v. Eust. p. 744, 18. 1184, 11) *διδοῖ I.* 519. *δ.* 237. *ρ.* 350. *διδοῦναι Ω.* 425. (ap. Herod. *διδοῖς* V. 18, 2. VIII. 137, 3. *διδοῖ* II. 2. 48. *ἐκδιδοῖ* II. 29. IV. 44. 49. 179. v. Kuehner. gramm. p. 651. 659. Rumpf. p. 20, de Hippocrate et elegiacis v. Renner. p. 46) *τιθεῖ N.* 732. *παρτιθεῖ α.* 192. *μεθιεῖς Z.* 523. *δ.* 372. *ἀνιεῖς E.* 880. *μεθιεῖ K.* 121. *προιεῖ B.* 752, a *διδόω* derivantes formam contractam *διδοῖς* suffixo *-θα* quod potius *-σθα* esse Buttmannus I. p. 344. n. perspexit auctam esse censuerunt. Sed ne contractas quidem formas recentiores ratas habuerunt. Bekkerus quidem praeter *διδοῦναι* et pers. III. sing. praes. in imperfectis *ἐτίθει ε.* 196. *τίθει A.* 446. *ἐδί-*

44) V. Laroch. p. 225. Contra Rumpfius qu. Hom. p. 11. n. 2 scripsit „Aristarchum circumflexam formam praetulisse, falso dicit Krueger. — Schol. A. ad I. 164, ubi A. auctor usurpatur, est de solis verbis contractis διδοῖς διδοῖ“; vix recte Aeolismum Aristarchi auctoritate fulcire studuit.

δους τ. 367. ἐδίδου λ. 289. προΐεις ω. 333. ἀφίει A. 25. constanter meram analogiam flexionis in μι, sicut erat apud Dores (v. Ahr. II. p. 316), persecutus est invitis Friedlaendero in Iahn. ann. v. 79. p. 820. et Rumpfio ib. v. 81. p. 597, hic ipse in quaest. Hom. solum praesentibus verborum διδόναι τιθέναι contractionem concessit, Ameisius p. 51. omnes formas tenore retracto pro iustis Aeolismis haberi iussit sine apta causa. Itaque cum Aristarcho circumflexam formam praetulerunt Buttmannus Goettlingius de acc. p. 76. Lobeckius path. el. II. 267. Spitznerus ad l. et in epist. ad Hermann. p. 12. Thierschius gr. Gr. §. 230. Kruegerus Di. p. 96. Dindorfius alii, contra Aeolismum fovebant Ahrens. de coni. in μι p. 17. de dial. Aeol. p. 15. n. 22. Kuehner. p. 524. Curtius de temp. et mod. p. 22. n. Rumpfius prior. l. p. 597—599. qu. Hom. p. 11. Ameisius, e qua difficultate erupit Bekkerus vulgarem formam δίδωσθα (cf. τίθησθα) restituens; sed hanc scripturam refutavit Rumpfius cum non eluceret, si olim ΔΙΔΟΣΘΑ extitisset, quo modo forma διδοῖσθα bene testata quae e falsa alphabeti antiquioris tralatione elici nequit evadere potuisset. Sane auctoritate in hac re nihil efficitur; sed quia ea opinio qua -σθα ad integram secundam personam suffigi posse credebatur nunc recte explosa est atque -σθα pro -σι terminatione valere constat (v. Curt. de verb. p. 54), potius demonstrandum erat unde illud iota ortum sit, quod non levem movet scrupulum. Nam e. g. ἔχεις quod ex ἔχε-σι per ἔχε-ισ(ι) ortum est (v. Gies. p. 213/4. Ahr. I. p. 92. 139. Christ. p. 44. Hirzel. p. 24. Curt. Stud. III. p. 396) debebat ἔχε-σθα audire quod Bergkius ad S. fr. 21. p. 885. et ap. Theog. v. 1316 sicut σχήσεσθα pro tradito σχήσησθα in hymn. in Cer. v. 366. scribendum proposuit adstipulantibus Curtio de verb. p. 54. et Rennero p. 23. Ergo sive διδοισθα e vulgari flexione pro δίδω-σι δίδως sive ex Aeolica pro δίδω-σι δίδω-ις δίδοις derivare volumus utrimque potius δίδω-σθα exspectatur; sed si id cum Aeol. φίλεισθα quod Ahrensius p. 139 pro φίλησθα restituit et nunc omnes fere probant conparamus, vel ad antiquam flexionem in μι quae verbale suffixum ja continet quo δίδωθι relegavi vel ad contractam διδόω pro διδοjω referendum est. Tamen in genuino

φιλεjε-σθα εjε in η coalescere (cf. φίλησθαι etc.) et ex διδοjο-σθα etiam δίδωσθα Aeolice exoriri debuit; exspectamus igitur hanc Aeolicam flexionem: φίλημι φίλεις et φίλησθα φίλει et secundum contractorum rationem responderet διδό-εσθα διδοῦσθα. Ceterum Bergkium non probare possum qui ad A. fr. 5. p. 931. terminationem II. pers. ex *ΕΣΙ* littera iota non traiecta sed abiecta per productionem suppletoriam esse ortam et in Aeolide semper quamvis lyricis -εις non plane abiudicans ης fuisse contendit contra Ahrensium constanter εις defendentem. Nam sicut in γέλαις et χαύνοις iota ex epenthesi ortum est, ita in φίλεις genuina diphthongus agnoscatur necesse est semper per *ΕΙ* in antiquo alphabeto exprimenda; sane in participio μέδεις ubi productio vicaria est solum *Ε* scriptum fuit, quare ii qui secundam personam esse statuunt „κὰκ τῆς γραφῆς συνελέγχοντο, οὐκ οὔσης ποτὲ διὰ τοῦ ε̄ κατὰ πᾶν δεύτερον πρόςωπον παρ' Αἰολεῦσιν" (cf. Apollon. ap. Bergk. p. 930. Ahr. I. p. 142); mutant vero ε in ει. Sed res perobscura est et dubitationi valde obnoxia (v. Curt. de verb p. 201/2). At quis negabit, cum secunda et tertia personae artissime cognatae sint (v. Gies. p. 214/5), illam ex huius analogia posse conformatam esse? Atque Bergkius concessit sermonem Graecorum a recta ratione facillime desciscere potuisse. Ergo non veri dissimile est Aeolenses φίλεισθα pro φίλησθα propter φίλεις φίλει adsumpsisse; sed etiamsi φίλησθα non scriptum erat per idem signum *Ε* atque ἔχεσθα, Theocritus potuit secundum συνίησθα 30, 14 (= τίθησθα φῆσθα Φ. 186. ξ. 149) et ἐθέλησθα 29, 4 et ποθόρησθα 6, 8 per imitationem procedere. Adparet autem ambiguum esse utrum vox δίδοισθα Aeolismus putanda an in ipso Ionismo ex analogia formarum διδοῖς διδοῖ figurata sit.

Etiam forma οἶσθα grammaticis Aeolica fuit non tam propter terminationem (= οἶ(δ)-σθα; Curtius de verb. p. 51. σ stirpi vindicat) quam propter syncopen: τὸ γὰρ εἶδα οἶδημι φασὶν οἱ Αἰολεῖς, εἶτα τούτου τὸ δεύτερον οἶδης καὶ κατ' ἐπέκτασιν τῆς -θα συλλαβῆς οἶδησθα καὶ κατὰ συγκοπὴν οἶσθα v. Herod. π. τῶν εἰς μι II, p. 836, 18. π. μονήρ. λέξ. p. 920, 28; cf. Lentzii adn. ad II. p. 264, 19. Ahr. I. p. 136, 4. Laroch. p. 332.

11) Iam dudum a grammaticis et veteribus et recentioribus recte observatum est inter verba anomala multas formas inveniri quae imperfectorum specie indutae originatione prorsus obscurata usu aoristorum notionem sint adeptae, ad quorum formationem reliqui modi tum adaptati sunt. Tales igitur leguntur: ἐβίων (imp. βιώτω Θ. 429. βιῶναι K. 174) ἐάλων (ἁλώμεναι Φ. 495. ἁλῶναι M. 172. Φ. 281. ε. 312. ω. 34 etc.) ἐγήραν (γηρὰς P. 197. cuius dativus est γηράντεσσι Hes. op. 188. γηρᾶναι Soph. Oed. C. v. 870. propter quas etiam imperf. ἐγήρα H. 148. P. 197. ξ. 67. potius ad γήρᾱμι quam cum Lobeckio ad Buttm. II. p. 13 ad γηράω referendum est) aliae. Aptissime autem iam in schol. ad P. 197. ex Corinna (fr. 35) participium Boeoticum praesentis βροντὰς (v. Lobeck. Ahr. II. p. 524. Curt. de verb. p. 194) ad γηρὰς admotum est sed male utrumque ex βροντήσας et γηράσας syncopatum credebatur, quia non aliter se habet atque βιβὰς quod olim saepius apud Homerum erat pro vulgari βιβῶν (v. Laroch. p. 216. Curt. de verb. p. 152). De tota re scite Curtius Aeolica ἐδοκίμων ὠθήτω γέλαις conponens sic disputavit: „eine Anzahl zweisilbiger Formen, welche offenbar nur dadurch zu der Stellung als Aoriste im System des Verbums gelangten, dass für den Praesensstamm andere Grundformen verwendet wurden (cf. ζάω γηράσκω). — Augenscheinlich ist ἐβίων wie ἑάλων Praeteritum eines Stammes der nichts Aoristisches an sich trägt, sodass eine Stammesverschiedenheit zwischen den Praesens- und den Aoristformen von Haus aus gar nicht vorhanden ist. — Seiner Bildung nach ist γηρα- ebenso gut contrahirt und ebenso wenig aoristisch wie ἁλω- βιω-" v. ib. p. 192—194. 198. 356. Stud. III. p. 387. — Redeunt ergo ad eandem flexionem quo συλήτην etc. pertinent linguae antiquissimo statui communem.

Inter has formas unam pro Aeolismo certissimo confidenter vendito: ἀπούρας ἀπηύρα cuius explanatio Ahrensio debetur; Aeolismum scilicet evicit digammi in υ transitus et suadet tenor retractus (§. 1. 6. §. 3. II. 3) atque optime convenit flexionis ratio. Nam ἀπούρας, quod grammatici per syncopen vel ex ἀπουρήσας (E. M. 132, 45) vel ex ἀπουρίσας (v. Buttm. lexil. I. p. 73. Lobeck. ad B. II. p. 13) extricare solebant, Aeoli-

cum participium praesentis ἀπούρᾱμι pro ἀποFράω usitati (cf. ἀπούραις Pind. Pyth. 4. v. 149. ubi Aeolicus mos productionem vicariam propria scriptura exprimendi servatur) atque ἀπηύρᾱ vel ἀπεύρᾱ, ut iam Lobeckio visum est, fuit imperfectum cui usus, tyrannus ille linguae, aoristi notionem inpegit (v. Buttm. I. p. 72. 80. n. 9 qui ipse non recte formam εὖρον adtulit); augmentum vero aut ab iis qui priscam litteraturam Ionicis elementis accommodarunt falso η scriptum aut iam ante, quia formatio mox in oblivionem abierat atque de ficticio praesenti ἀπαυράω cuius nusquam est vestigium cogitabatur, pronuntiatum fuisse pro exspectato ἀπέ-υρα Ahrensius gnaviter excogitavit omnibus fere adsentientibus (v. Bergk. de hist. litt. p. 115. n. 169. Curt. de verb. p. 193. qui iure Brugmanum p. 166 η digammo quamvis in υ mollitum est productum proclamantem non probavit). Adcedit videlicet ei opinioni qua formae ἀπούρας ἀπηύρα pro Aeolismis receptae creduntur ea argumentandi probabilitas quam ex certa sede vocum derivamus, de qua iam Lehrsius ad Lachmannum (Betr. p. 7) scripsit; nam formae in certis formulis semper versuum clausulam obtinent. Ἀπούρας de rebus usurpatum legimus: ἐλεύθερον ἦμαρ ἀπούρας Z. 455. Π. 831. Υ 193. γέρας αὐτὸς ἀπούρας Α. 356. 507. (Β. 240.) τεύχε' ἀπούρας Λ. 432. θυμὸν ἀπούρας Φ. 296. ν. 270. ἀπηύρα: ἦτορ ἀπηύρα Λ. 115. Φ. 201. Ω. 50. εὖχος ἀπηύρα Ο. 462. τεύχε' ἀπηύρα Λ. 334. Ρ. 125. quae verba auctor diremit verbis nonnullis interpositis Ψ. 800. θυμὸν ἀπηύρα Z. 17. Κ. 495. Π. 828. Ρ. 236. Υ. 290. Φ. 179. λ. 203. ὄλβον ἀπηύρα σ. 273. οὖς ποτ' ἀπηύρα Ψ. 291. (equos); de personis his locis dictum est: κλισίηθεν ἀπούρας Ι. 107. (Βρισηΐδα cf. Α. 356.) ἥν τότ' ἀπηύρα Ι. 273. (Βρισηΐδα). πόντος δέ οἱ οὔτιν' ἀπηύρα γ. 192. Auctores autem libri Ι quem Lachmannus p. 26 sq. omnino recentioris originis suspicionem movere vidit et libri Ψ. (v. p. 83) ut iam usum formulae paululum novarunt, ita novam formam I. sing. imp. ἀπηύρων pro ἀπεύραν de verbo in -αω contracto deductam (quacum Sonnius in Kuhn. ann. XIII. p. 434. ex Lobeckii ad Buttm. II. p. 152 additamentis ἀπέδρων pro ἀπέδραν contulit) admittere non dedignati sunt: ἥν τότ' ἀπηύρων Ι. 131 (de Bris. cf. v. 273) θώρηκα — ἀπηύρων

Ψ. 560. (φάσγανον)— ἀπηύρων *Ψ*. 808. (cf. τεύχε' ἀπηύρα). Neque recentior imitator (Lachm. p. 80) ignoratur versu *T*. 89: γέρας αὐτὸς ἀπηύρων; solum in genuina Odyssea parte *ν*. 132 obcurrit: νόστον δέ οἱ οὔποτ' ἀπηύρων, quo versu cognoscimus iam antiqua aetate formam in Iliade lectam fuisse atque obscurationem verae originis pervetustam esse. Porro in libro Θ quem Hermannus et Lachmannus damnaverunt adeo secunda persona exstat: κῦδος ἀπηύρας v. 237. atque luculentum imitationis documentum cernitur in v. *A*. 430. (v. Lachm. p. 7) ubi vox ἀπηύρων (de Bris.) non solum de sede plane detrusa sed etiam pro singul. pers. prima loco III. p. plur. adhibita est; exspectatur sane ἀπεύρασαν (v. Ahr. in Diar. Ant. p. 802) vel ἀπεῦραν, quo fortasse spectat Hesychii glossa ἀπηῦρον ἀφείλοντο. Est igitur ut accipiam omnibus his locis quos perlustravi e tertia pers. ἀπηύρα quae per se ad verbum in -αω trahi potest sed propter ἀπούρας ad contractam flexionem in μι pertinet ceteras personas per imitationem secundum analogiam verbi in αω procusas esse; nam in recentiore partium origine posita est totius rationis summa probabilitas.

Restant etiam formae ἀπουράμενος scut. Herc. v. 173. et v. l. ad *δ*. 646 ἀπηύρᾰτο (a Wolfio e textu Ahrensio arbitro inmerito eiecta, v. Buttm. lexil. p. 72), in quibus brevis vocalis suspicionem adfert, verbum non contractae sed vulgaris coniugationis in μι quale est ἵστημι ἱστᾰ́μενος subponendum esse. Sed non vereor ne Aeolismi adsumptionem cassam reddere possint; nam ne eius quidem flexionis exempla desunt in dialecto Aeolica: ἐπιστᾰ́μενα, S. fr. 70, 2. κίρνᾰτε A. fr. 45, 2. ἔλλᾰθι (Ahr. p. 32. 58) μόρνᾰμαι pro μάρναμαι (Hesych., Curt. de verb. p. 171). Tamen haec Odysseae pars ubi iuxta ἀπηύρατο etiam ἀπηύρᾱ in medio versu legitur (*δ*. 620 — *ε*. 42) novitatis speciem satis adfectavit (v. Kirchhoff. die hom. Odyss. u. ihre Entstehung p. IX) atque vix multo antiquior est scuto Herculis, quare etiam hanc deformationem quae non minus perturbationem auxit rhapsodis imitantibus inputare non plus habeat audaciae. Praeterea non credere possum futurum Ionicum ἀπουρήσουσιν *X*. 489 si Buttmanni (lexil. I. p. 73. n. 2) et Bekkeri lectionem e cod. Harl. depromptam probas contra Aristarchi

ἀπουρίσσουσιν, quod C. A. I. Hoffmannus in ed. libr. *Φ. X.* II. p. 99 defendit, summae esse aetatis. — Egregium quidem documentum Aeolismi Homerici vocem de qua egi habendam esse diiudico, in qua perspicue videtur quo modo Homeridae formulam quam non perspectam habuerunt tractaverint; quod autem *ἀπηύρα* in cant. apud Aeschyl. Pers. v. 949. Eurip. Andr. v. 1029. (v. Buttm. lexil. I. p. 80. n. 9) legitur, non dubito id ad imitationem Homericae elocutionis tragicis valde familiarem referre.

12) Cum in Homericis carminibus pro usitata longiore terminatione -*σαν* sexcenties tert. pers. plur. praet. in -*ν* exirent: *κόσμηθεν ἐφόβηθεν σήκασθεν ἄγερθεν δάμεν ἄλεν βλάβεν ἔβαν ἔσταν* etc., grammatici in iis nimirum syncopen quam eos prae ceteris rebus in deliciis habuisse scimus viderunt diversisque dialectis formas Homericas vindicare studuerunt Aeolicae Boeoticae Doricae Ionicae. Sic e. g. *κόσμηθεν* schol. *Γ.* 1. Doricum fuit, contra schol. ad Theocr. 7, 60 (v. Goettl. de acc. p. 69. Ahr. II. p. 29. n. 9) sic adnotavit ad *ἐφίλαθεν· ἔστι δὲ Αἰολικὸν ὡς καὶ τὸ ἐκόσμηθεν*, rectius gramm. in Et. M. p. 532, 32 iudicavit: *ὁ ἀόριστος ἐκοσμήθησαν — συγκοπῇ γίνεται κόσμηθεν· ὁμοίως τὸ τράφεν Δωρικῶς καὶ Ἰωνικῶς καὶ τὰ ὅμοια· ἐφάνθησαν καὶ ποιητικῶς ἢ Αἰολικῶς ἢ Δωρικῶς φάανθεν.* Sed sufficiat lectores si qui sint remittere ad ea quae Ahrensius I. p. 211. n. 6. II. 317. n. 7. et Lentzius ad Her. *π. καθ.* fr. 273 a, II. p. 264. e vastis eruditionis grammaticae horreis suggesserunt. Quaerenti igitur cuius sententiae manus demus respondeo aut omnes aut nullum recte iudicasse; absurde vero Ameisius p. 52 illas Boeoticae dialecto adsignavit. Leguntur sane et breviores et longiores terminationes in Aeolide (v. Lobeck. ad Buttm. II. p. 13. Ahr. I. p. 144. II. p. 512), illae in Doride (II. p. 317), neutra in Boeotica dialecto (I. p. 211). Enimvero terminatio -*ν* simplicior eaque quae -*εσαν* est antiquior, ante quam cum in fine fuisset antiquitus *τ* longa vocalis alias conservata ut semper correpta est (v. Ahr. coni. in *μι* p. 10. II. p. 29. Curtium de tempor. et mod. p. 273. de verb. p. 143. 195. Christ. p. 89. 92 Meister Stud. IV. p. 420) praeter Delphicum *ἀπελύθην* (ap. Wescher et Foucart. n. 254, 1, v.

Curt. Ausb. p. 227) et Homericum *μιάνθην Δ.* 149, ubi lectioni *μίανθεν* Hermannus op. VI. 1. p. 282/3 et Ahrensius de coni. in *μι* p. 36. II. p. 317 patrocinati sunt, ab Homeridis posterioribusque poetis ex antiquissima lingua et Homerico usu retinebatur.

13) Non meliore iure Ameisius p. 53 Gregorio Cor. qui p. 581. in Homericis participiis *πεποιηώς τεθνηώς τετιηώς κ* excidisse et in indic. *βεβάασι μεμάασι* etc. (quod iam Giesius p. 325 repudiavit) idque Aeolico more tradidit auscultavit. Nam constat formas quae etiamtum ante suffixa olim a digammo incipientia (*Fοτ-*) littera *κ* carent antiquiores esse vulgaribus, sed latet quomodo *κ* sit explicandum; tamen minime Christius p. 281 laudandus est qui *F* in *κ* posse transire autumavit; cf. Curtium qui sententiam de temp. et mod. p. 199—201. 295. 336 explanatam litteram euphonica ratione ut hiatus evitaretur insertam esse ipse revocavit et. p. 62. Erl. p. 112.

14) Male lippus scholiastes cod. Lips. ad epicum coniunctivum *θείω Π.* 437 adspersit notam: *θήσω Αἰολικῶς.*

15) Verbi substantivi Aeolica vestigia certa praeter *ἔμμεναι* quode dixi §. 7. II. 3 apud Homerum non obcurrunt; nam participum quod apud Aeolenses semper vocalem initialem stirpis *ἐς* retinet: *ἔων ἔοντος* (Ahr. I. p. 146) idem est et in Iade apud Homerum Herodotumque et in Doride (Ahr. II. p. 323) neque de imperativo Sapphico *ἔσσο* (fr. 1, 28. Ahr. I. p. 146. II. p. 321. 542) et Homerico *ἔσσ' γ.* 200. *ρ.* 273 neque de imperfecti sing. pers. I. antiquissima *ἔον* quae Heraclide teste apud Alcaeum (fr. 127) erat atque legitur *Λ.* 762. *Ψ.* 643 neque de ceteris formis *ἦσθα* etc. nota perspicitur qua ad liquidum perducas utrum eae Aeolismi an archaismi rectius habendae sint; praeterea auctor sim ne quis futuri *ἔσσομαι* quod inepte Eustathius p. 655, 13 *Σικελικὸν, οὐ μὴν Αἰολικὸν* vocavit tertia pers. sing. *ἐσσεῖται Β.* 393. *Ν.* 317. pro Dorismo Homerico iudicet (v. Renner. I. 2. p. 59) vel Aeolismo (Eust. 129, 23. (Ahr. I. p. 132) *πεσεῖται Αἰολικὸν* dixit, schol. Aristoph. Plut. v. 493: *τὸ δὲ βαδιεῖται, καὶ φευξεῖται, οὐ μόνον Αἰολικά, εἴτε Δωρικά, ἀλλ' ἤδη καὶ Ἀττικά,* Herod. *π. Ἰλ. πρ.* II. p. 34 ad *B.* 393. adscripserunt: *ἤδη γὰρ πολλὴ χρῆσις τῶν τοιούτων*

παρὰ Ἀττικοῖς); nam ut alibi ita apud Homerum vestigium antiquissimae linguae duravit (= pro *ἑσσjεται*) v. Ahr. II. p. 288. Curt. de temp. et mod. p. 310. 311.

Caput quintum.

Reliqua.

§. 19. De praepositionibus.

Quod nunc inter omnes satis constat, mutilationem praepositionum sive per se exstant sive cum vocibus conpositae sunt ad elisionem et apocopen maxime propensarum antiquae linguae omniumque dialectorum (v. Gies. p. 334) fuisse propriam et praecipue in poetarum usu legitimam, id minime veteribus grammaticis persuasum erat qui cum in Aeolide eam praevaluisse vidissent (*παρὰ Αἰολεῦσιν συνεχέστερον αἱ προθέσεις συγκόπτονται* v. Apollon. ap. Ahr. I. p. 149) proclivi iudicio Aeolicam apocopen Homero inculcaverunt; adeo ea opinio haeserat ut Herodianus Aeolicam psilosin vocis *ὐββάλλειν* ex illa defenderet (§. 2. I. 3). Auctoris igitur de Hom. dial. p. 477. *καδδραδέτην ὐββάλλειν* inter Aeolica rudera remittentis aliorumque alia futilitatem redarguere piget; miror vero Ahrensium de mist. p. 65 Aeolicam apocopen in Anacreontis verbis *κὰδ δὲ λῶπος ἐσχίσθη* (fr. 80) agnovisse; *κὰδ δὲ* sane apud A. fr. 41 est sed multo frequentius apud Homerum (in Iliade ter et tricies nisi in conputando erravi).

1) Particulam *πὲρ* semel a nonnullis pro praepositione *περὶ* Aeolicam elisionem passa habitam esse docent Aristonici adnotamentum ad *O*. 651: *ἀχνύμενοί περ ἑταίρου· ἡ διπλῆ, ὅτι ἐλλείπει ἡ περὶ: περ' ἑταίρου. Ἑλλάνικος δὲ Αἰολικῶς νομίζει τὴν περὶ πὲρ εἰρῆσθαι* (Eust. p. 1044, 15. Ahr. I. p. 150, 2) et cod. Vict. schol.: *Ἄτταλος δὲ συγκοπήν φησιν ὡς ἐν τῷ πὰρ Ζηνί Δ*. 1, quam adsumptionem recte inprobarunt schol. cod. Ven. B. L.: *λείπει ἡ περὶ. τινὲς δὲ Αἰολικῶς τὸ πὲρ ἀντ' αὐτῆς λαμβάνουσιν. ἀήθης δὲ Ὁμήρῳ ἡ τοιαύτη συναλοιφή*. Hucusque

autem ex Aeolide tantum apocopae non elisionis exempla innotuerunt, quam Ahrensius soli Delphicae dialecto adseruit v. II. p. 357/8. 410. 411. de mist. p. 73; sed contra disputant Peter de dial. Pind. p. 6. et Herzogius in l. in Add. laud. p. 173.

2) Pauca etiam de praepositione *ἀνὰ* adnotabo quae apud Aeolenses erat *ὀν* vel ante labiales et sibilantes *ὀ* (Ahr. I. p. 149). Huiusmodi Aeolicam apocopen puto esse in *ἀ-νερύειν* pro *ἀ(ν)Fερύειν* (cf. *κα(τ)Fάξαις*, §. 3. I. 2) quia vox aliunde Aeolica est; sed quod hic *α* non in *o* offuscatum est, eam fuisse causam credo quod *α* statim cum digammo emollito in diphthongum coaluit, quae res etiam in eiusdem stirpis verbo *ἀπούρας* apocopae inpedimento fuisse videtur. Tamen satis in aleam datum est tale de vocum Aeolismo iudicium nisi aliae proprietates adcedunt quibus defendatur. Zenodotus videlicet pro Aristarcheis lectionibus *ἄνστησον ἀνστήσων ἀνστήσεσθαι* (v. Did. ad *K.* 32. 176 etc. ap. Schmidt. p. 139), si minus *ἄσστησον ἀσστήσων ἀσστήσεσθαι*, quia duplex *σ* ante consonam positum Graecorum pronuntiationi non convenit praeter Dores (Ahr. II. p. 100. Christ. p. 144), at certe *ἄστησον ἀστήσων ἀστήσεσθαι* (formas conlegit omnes Larochius p. 394/5) scripserat, de qua re legimus ad *B.* 694 Aristonicea verba satis corrupta et lacunosa: *ἡ διπλῆ περιεστιγμένη, ὅτι Ζηνόδοτος γράφει „ἀνατάσασθαι ἔμελλεν“ διὰ τοῦ καταπροηγουμένως λόγου αἰολίζοντος, ἀλλ᾽ οὐχὶ σπανίως δι᾽ εὐφωνίαν. οὐδὲ οἱ Αἰολεῖς δὲ οὕτω λέγουσιν.* Nemodum vero eorum obscuritatem plane expedivit; emendationes igitur temptatas videsis apud Duentzer. de Zen. stud. p. 60. n. 37. et apud Friedlaender. Ariston. p. 76, ubi Lehrsius ante *ἀστήσασθαι* quod Bekkerus coniecit e corruptela etiam *ἄνευ τοῦ ν* elicienda atque post *ἀλλ᾽ οὐχὶ* verba *Ὅμηρος, εἰ μὴ* addenda proposuit (scil. *τὸ ν̄ ἐλλείπει*); vel fortasse post *διὰ τοῦ* interciderunt verba *ἐλλείμματος τοῦ ν̄ τοῦ* similiave; sed *αἰολίζειν* est Aeolice loqui, non Aeolicum reddere; minime equidem difficultates dissolvere mihi videor. In his igitur formis, quas Aristarchus non tam nimis severe, quod Duentzerus dixit, quam recto iudicio usus quia concursus litterarum *νσ*, in mediis sane vocibus minus tolerabilis, in commissura conpositionis duarum partium non prorsus spernebatur, nisi

integra praepositio artissime cum voce coaluit (cf. σύστημα, sed ἔνσπονδος in praepositionis notio praepollet) reiecerat, Ameisius p. 48/9 ex Hes. glossas vere Aeolicas ἐσκάπτω ὄστασαν ὀστάθεις in conparationem advocans Aeolismum delitescere confidenter protulit, de mutatione vocalis de qua nescio an Aristonicus cogitaverit neglecta parum sollicitus. Sed hanc rationem ν ante στ σκ σπ eiciendi non Aeolensibus solis peculiarem fuisse docent et vox Laconica ἄττασι pro ἄσταθι = ἄνσταθι, in qua Ahrensius II. p. 356 perverse Aeolico more nasalem extritam esse dixit, et Attica scriptura ἐστήλῃ = ἐνστήλῃ (v. tit. c. i. G. I. 87. l. 14, Gies. p. 94. 95. 381) et Homericae formae ἀάσχετος pro ἀάνσχετος (v. Bekk. sched. Hom. I. p. 158) et ἔσπετε pro ἔνσπετε sicut Ahrensius in gramm. p. 115 recte explicuit (alii ἔσπετε pro σέσπετε, ut L. Meyer in Kuhn. ann. VI. p. 164 maluerunt, Christius p. 222 id inchoativum = ἔπσκετε esse voluit quod prorsus non intellego); ne hic quidem Ameisius Aeolismum satis defendit. Potuit etiam praepositionis κατά duriorem apocopen propter Alcaic. κασστάθεις et Sapphic. κασπολέω et Hesiod. κανάξαις in formis Homericis κάσχεθε *Λ*. 702. καστορνῦσα *ρ*. 32. κάκτανε *Z*. 164. *H*. 90. (Christ. p. 73) Aeolicam nuncupare, quod Ahrensius male in Laconicis glossis κάβλημα κάβασι Pind. κάπετον Alcm. καβαίνων aliis (Gies. p. 254) statuit; equidem profecto eos qui ob emollitam pronuntiationem Aeolismum somniaverunt non probare possum. Nempe non dialectorum cancellis haec consuetudo circumscribenda est, sed communi euphonica lege nititur quae minime in scriptura adparet et plurimum valuit; recte etiam Peter de dial. Pind. p. 67 in Pind. ἀμνασει euphoniae causa nasalem eiectam esse vidit. Qua in quaestione contra Ameisii sententiam nescio quid optatius accidere potuerit quam quod unum firmissimum exemplum titulo Aeolico primo saeculo p. C. n. exarato cuius „dialectus severis legibus adstricta est“ adfertur: ὀνσταθείσας (cf. Kaibel. p. 4. n. 7. l. 6. p. 12), e quo elucet ne Aeolenses quidem semper illam consuetudinem tenuisse.

§. 20. De adverbiis particulis coniunctionibus.

1) Supra iam (§. 8. I. 1) inter adverbia temporis et loci in quibus vulgo α in ε debilitatum est ὕπαιθα fortasse ad Aeolicam consuetudinem relegandum esse adnui; alia eiusmodi numquam reperiuntur.

2) Hypotheticarum particularum munere in Graeca lingua duae inter se diversae formae fungebantur: ἄν in dialecto Attica et Ionica κά in Doricis. Aeolenses vero hanc voculam trita mutatione vocalis κὲ protulerunt quod semper exstat atque etiam ante vocales (v. Ahr. I. p. 156. 45); tamen nescio an iis forma κὲν etiam vindicanda sit, ubi primigenia nasalis nondum est abiecta (v. Buttm. I. p. 93. H. Weber. de partic. Dorica κα p. 16); nam Graecae formae ab sanscrit. kam descendunt. Quod autem Weberus p. 17 Graecum κάν in titulo Tegeatico (v. Iahn. ann. v. 83. p. 586 sq.) recentioris aetatis, in quo particula ἄν frequentissima est, ter deprehendisse sibi visus est, hoc maxime valde mirari subit, quod in nulla dialecto in ore hominum vigente utraque particula simul usitata fuit, quo accedit quod ubicunque κά vel κὲ in usu erat etiam αἰ pro εἰ αἴ κα vel αἴ κε pro ἐάν (εἰ ἄν) exspectari debet; propter hos igitur scrupulos pace praeceptoris mei spectatissimi eam rationem probare malim qua Kirchhoffius κἀν crasin esse pro καὶ ἄν statuit. Solum in Homericis carminibus prout metri commoditas postulabat praeter ἄν etiam κὲν κὲ κ' saepissime admissum est, unde poetae velut Alcman (ἄν cf. fr. 42. 49, tamen vid. Weberum p. 97) et Pindarus (recentiores nunc non curo) eandem libertatem sibi adripuerunt. Sed anquirendum est quid de Homerici usus ambiguitate statuatur. Exstiterant scilicet qui autumarent significationem esse diversam ut e. g. R. Merkelius in nov. Mus. Rhen. a. 1848. demonstrare molitus est; sed absurda est opinio ut ne verbo quidem ea refutetur necesse sit. Itaque nisi suspicio probabilis iudicatur antiqua linguae aetate duas formas ad eandem vim exprimendam promiscue praesto fuisse, discrimen ita ponendum est ut ad diversas dialectos eae relegentur. Vidit autem id Spitznerus ad E. 273. (Θ. 196); sed male fecit quod κὲ dixit Ionicam ἄν Atticam

particulam qua Homerus usus esset; nam si forte Herodoti loci memor fuit, in hac re bene lapsus est quia verba VII. c. 159: *ἦ κε μέγ' οἰμώξειε ὁ Πελοπίδης Ἀγαμέμνων* sunt Homerica ex *H.* 125. *ἦ κε μέγ' οἰμώξειε γέρων ἱππηλάτα Πηλεὺς* transcripta. Contra Apollonius Dyscolus Homericum *κὲν* e Doride repetiit (Ahr. II. p. 381. n. 2) fortasse Pindari et Theocriti usum qui epicos secuti sunt respiciens, cui cum Ahrensio p. 382 utique diffidendum est. Quod cum ita se habeat mihi quidem iuxta Ionicum *ἂν* ab Homeridis *κὲν κὲ κ'*, quae alias metricas coniunctiones concedunt, ex Aeolicis carminibus retenta esse videntur, cui rationi adnuit Bergkius hist. litt. Gr. p. 131. n. 214. (p. 852. n. 137); atque consensit Ribbeckius cum in Iahn. ann. v. 66. p. 11. *Λ.* 799 Aeolismum bene testatum ab Aristarcho non esse propulsatum indicaret; Ahrensius igitur recte de mist. p. 62 *κὲν* e Solonis trochaeis fr. 53 inter epicos Aeolismos enumeravit. Homerica exempla solum ex Iliade conlegi: *κὲ A.* 175. 218. 523. *B.* 229. 373. 440. *Γ.* 41. 71. 92. 138. 255. 291. 392. *Δ.* 95. 176. 290. 429. *E.* 273 bis. 885. 887. *Z.* 83. 228. 229. 258. 285. 410. *H.* 104. 125. 158. 171. 273. *Θ.* 130. 131. 430. *I.* 57. 61. 140. 155. 157. 165. 262. 282. 297. 299. 303. 363. 416. 424. 619 bis. 702. 707. *K.* 57. 211. 282. 307. *Λ.* 310. 367. *M.* 26. 325. 381. 447. *N.* 57. 377. 723. 815. *Ξ.* 102. 210. 235. 258. 267. 484. *O.* 51. 211. 224. *Π.* 16. 129. 621. 624. 723. *P.* 38. 70. 99. 105. 144. 149. 159. 229. 241. 321. 366. 530. 586. 613. 622. 629. 658. *Σ.* 120. 151. 271. 308 bis. *T.* 72. 190. 218. 228. 235. 272. *Υ.* 290. 454. *Φ.* 24. 103. 127. 296. 459. *X.* 43. 67. 258. 382. 427. 435. *Ψ.* 322. 345. 490. 540. 559. 593. 675. 733. 805. 855. 857. *Ω.* 119. 147. 176. 196. 437. 531. 565. 661. 665. 666. 686. 713. *κὲν* ante vocales: *A.* 137. 139. 294. 324. *B.* 12. 29. 66. 155. 160. 176. 231. 346. 361. *Γ.* 56. 66. 373. 410. *Δ.* 171. 173. 318. 539. *E.* 22. 311. 388. 484. *Z.* 50. 73. 456. 457. *H.* 77. *Θ.* 90. 143. 196. 404. 408. 418. 422. 533. *I.* 74. 102. 125. 126. 141. 267. 386. 409. 601. 701. *K.* 44. 67. 166. 212. 306. 444. *Λ.* 311. 433. 750. *M.* 226. 324. *N.* 287. 290. 486. 742. 743. *Ξ.* 53. 79. 91. 108. 190. 191. 237. 241. 244. 366. 416. *O.* 109. 459. 494. *Π.* 698. *P.* 93. 100. 162. 260. 417. 488. 563. *Σ.* 165. 454.

467. *T.* 110. 415. *Y.* 243. 288. 311. 367. *Φ.* 226. 280. 336. 544. *X.* 110. 202. 253 bis. 287. *Ψ.* 247. 382. 547. 592. *Ω.* 75. 92. 154. 183. 370. 431. 463. 553. 619. 635. 655. 733. 744. *κὲν* ante consonas: *A.* 100. 139. 255. 256. 293. 527. 567. *B.* 81. 128. *Γ.* 41. 354. 417. *Δ.* 36. 40. 94. 97. 190. 229. 421. *E.* 898. *Z.* 49. 225. 452. 454. *H.* 28. 130. 456. *Θ.* 24. 34. 180. 291. 354. 405. 419. 454. 465. *I.* 112. 138. 142. 280. 284. 501. 525. 681. 702. *K.* 130. 171. 303. *Λ.* 382. *M.* 58. 465. *N.* 343. *Ξ.* 504. *O.* 46. *Π.* 71. 617. *P.* 515. *Σ.* 115. *T.* 81. 90. 227. *Y.* 167. 308. 311. 335. 429. *Φ.* 226. 412. 432. *X.* 42. 246. 359. 365. *Ψ.* 527. 606. *Ω.* 56. 222. *κ'* *A.* 64. 184. 547. 549. 580. *B.* 123. 366. 391. *Γ.* 279. *Δ.* 306. *E.* 192. 481. 484. 679. *Z.* 260. *H.* 41. 334. *Θ.* 26. 207. 217. *I.* 146. 288. 397. 510. 545. 615. *K.* 235. 345. 380. *Λ.* 409. (802.) *M.* 344. 357. *N.* 128. 238. 321. 734. *Ξ.* 127. 239. 299. 333. (376.) *O.* 121. 697. 736. 738. *Π.* 44. 848. *P.* 103. 163. 398 bis. 506. *Σ.* 280. *T.* 61. 167. 260. *Y.* 94. 250 bis. 337. 358 bis. *Φ.* 211. 280. *X.* 16. 70. *Ψ.* 154. 554. 660. *Ω.* 149. 178. 335. 529. 566. 664. *χ'.* *B.* 238. *Γ.* 53. *Δ.* 347. *H.* 342. *εἰςόκε* *Γ.* 409. *H.* 40. 291. 376. 377. 395. 396. *I.* 46. 48. *Λ.* 193. 208. 666. *M.* 150. *Ξ.* 6. *Π.* 455. *P.* 454. *Φ.* 133. 531. *εἰςόκ'* *I.* 609. *K.* 89. *O.* 70. *εἰςόκεν* *E.* 466. *H.* 71. *K.* 62. *Ξ.* 77. *Φ.* 128. 231. *Ψ.* 244. *ὥς κε* *A.* 32. *B.* 385. *Δ.* 66. 71. *Z.* 281. *T.* 151. *ὥς κεν* (ante cons.) *Z.* 69. 148. *H.* 463. *Θ.* 508. (ante voc.) *Z.* 364. = *ὥς ἄν.* *B.* 139; contra *ἄν* legitur *A.* 232. 271. 301. 519. *B.* 242. 250. 488. 597. *Γ.* 25. 52. 54. 66. *Δ.* 53. 164. 223. *E.* 32. 85. 224. 232. 362. 456. 457. *Z.* 113. 129. 141. 329. 412. 448. 521. *H.* 193. 231. 286. 335. 459. *Θ.* 10. 21. 210. 369. 373. 375. 406. 420. 451. 455. 475. *I.* 26. 77. 101. 167. 304. 372. 375. 417. 437. 444. 517. 684. 704. *K.* 5. 204. 243. 325. *Λ.* 187. 202. 269. 387. 504. *M.* 41. 69. 75. *N.* 117. 289. 324. 676. 741. *Ξ.* 58. 74. 126. 245. 247. 335. 344. 370. *O.* 40. 69. 80. 170. 209. 294. 348. *Π.* 62. 84. 271. 638. 687. 747. *P.* 186. 327. 489. 520. 711. *Σ.* 192. 297. 397. 409. *T.* 205. 209. 230. 271. 331. 375. *Y.* 24. 134. 247. 316. 426. *Φ.* 340. 358. 375. 462. 558. 560. *X.* 20. 49. 103. 108. 387. *Ψ.* 275. 339. *Ω.* 213. 263. 297. 367. 437. 439. 566. 654. *ἄν κεν* coniunctum est *N.* 127.

3) Eadem est condicio coniunctionis *αἰ*, quae sola non in-

venitur sed saepissime in certis formulis *αἴθε αἲ γάρ αἴ κε* etc. iuxta *εἰ* adparet; igitur tantum qui huc faciunt locos indicabo. Nam antiquior forma est *αἰ* quae illa diphthongi mutatione multis exemplis conprobata (v. Ahr. II. p. 186/7) temporum decursu in *εἰ* transiit; illa igitur apud Dores remansit, ita tamen ut posteriores tituli e. g. tabulae Heracleenses saepius *εἰ* e vulgari lingua receptum praebeant (v. Ahr. II. p. 380), sed constantissime usque ad recentiora tempora haesit in Aeolidis consuetudine (v. Ahr. I. p. 98. Hirzel. p. 9. Wald. p. 20); contra Attica et Ionica dialectus praeter Homerum solum *εἰ* admiserunt in recentiore usu. Itaque nisi etiam harum antiquissimae aetati et *αἰ* et *εἰ* adiudicare mavis, quae opinio non potest fulciri nisi Homerico usu, illud Aeolismo vindicare praestabit quam Dorismo, qui Bekkero (sched. Homer. II. p. 11; cf. Laroch. p. 304) voculis *ἄλτο μὰν αἰ* inesse videbatur. Qui vir clarissimus I. p. 61/2, Heynio qui, postquam Ernesti putidius discrimen aliquod in notione positum esse accepit, ad *A*. 66. conquestus est plane nullum posse inveniri, adstipulatus, discrepantiam e textu extrudere atque *αἰ* plane exstirpare maluit quam auctoritati memoriae obtemperare, invitis censoribus Friedlaendero in Iahn. ann. v. 79. p. 822 et Kaysero in Philolog. XVIII. p. 674. Neque vero huic prospere processit quod utramque formam Ionicam vocavit et antiquiorem *αἰ* propter augusti quandam speciem et gravitatem ab Homeridis esse praelatam autumavit, quia Herodoti verba I. c. 27: *αἲ γὰρ τοῦτο θεοὶ ποιήσειαν* (hunc enim locum advocavit) ad Homericam elocutionem adaptata sunt; cf. *υ*. 236: *αἲ γὰρ τοῦτο ἔπος τελέσειε Κρονίων* (v. Abichtii adn.) et *ν*. 41: *τά μοι θεοὶ Οὐρανίωνες | ὄλβια ποιήσειαν*. Sed quid, quaeso, obstat quominus *αἴθε αἲ γάρ αἴ κε* ex Aeolica poesi in epicorum usum transmanasse censeantur, quod si quis idem de *μὰν* statuit non refragabor (§. 9. 6). Aeolismus autem *αἰ* etiam Ameisio p. 25 placuit. Nunc locos Iliadis secundum Dindorfii edit. adferam: *αἴθε* *X*. 41. *αἴθ'* *A*. 415. *Γ*. 40. *Δ*. 178. *Ξ*. 84. *Π*. 722. *Σ*. 86. = *εἴ θ'* *Δ*. 313. *H*. 157. *Λ*. 670. *Ψ*. 629. *αἲ γάρ* *B*. 371. *Δ*. 189. 288. *H*. 132. *I*. 536. (*Π*. 97.) *Σ*. 272. 464. *X*. 340. 454. = *εἰ γάρ* *Θ*. 538. *N*. 825. *P*. 156. 561. *Υ*. 26. *αἴ κε* *A*. 128. 207. 420. *Δ*. 170. *E*. 129. 279. *Z*. 260. 443. 526.

H. 118. 173. 243. 387. *Λ.* 404. 799. *M.* 275. *N.* 829. *Ξ.* 310. *Π.* 32. 145. *P.* 121. 692. *Σ.* 91. 199. 601. *T.* 436. *Φ.* 293. *X.* 82. *Ω.* 592. *αἴ κεν* ante voc.: *Δ.* 98. *E.* 762. *Λ.* 405. *O.* 213. *P.* 652. *T.* 186. 301. *X.* 256. *αἴ κεν* ante cons. *A.* 66. 408. *B.* 72. 83. *Δ.* 353. *E.* 260. *Z.* 96. 277. *Θ.* 282. 287. *I.* 359. *Λ.* 797. *Π.* 725. *Σ.* 180. 213. *Ω.* 116. *αἴ κ'* *Δ.* 249. *Z.* 94. 275. 281. 309. *H.* 375. 394. *Θ.* 142. 471. *I.* 172. 255. *K.* 55. *N.* 236. 260. 743. *Ξ.* 110. *Π.* 41. *Σ.* 143. 278. 306. 457. *T.* 71. 147. *Φ.* 437. *Ψ.* 413. *Ω.* 301. 357. 687. *εἴ κε* *E.* 131. 820. *Θ.* 478. 532. *Λ.* 455. *N.* 379. *P.* 29. *εἴ κεν* ante voc. *Δ.* 415. *K.* 106. 381. *Λ.* 792. *Ξ.* 368. *O.* 403. 498. *P.* 36. *T.* 181. *X.* 244. *εἴ κεν* ante cons. *A.* 60. *I.* 445. *Λ.* 315. *O.* 297. *T.* 322. *X.* 220. 349. 351. *Ω.* 346. *εἴ κ'* *B.* 258. (*Θ.* 535.) *Λ.* 391. *Π.* 860. *P.* 557. *ἐπεί κε* *A.* 168. *B.* 475. *H.* 5. 410. *I.* 324. *X.* 509. *ἐπεί κεν* *Φ.* 575. *ἐπεί κ'* *Λ.* 191. 205. 764. *Π.* 246. *Φ.* 534. *Ψ.* 10. His locis vocula interposita est: *εἰ μέν κε* *P.* 91. *X.* 99. *εἰ μὲν γάρ κε.* *K.* 449. *εἰ μέν κεν* *Γ.* 281. *Φ.* 553. *εἰ μέν κ'* *I.* 412. *εἰ δέ κε* *A.* 137. 324. *E.* 212. *εἰ δέ κεν* *B.* 364. *I.* 135. 277. 283. 362. 414. *Π.* 87. *P.* 96. *Φ.* 567. *X.* 111. *εἰ δέ κ'* *Γ.* 284. *H.* 91. *I.* 604. *K.* 452. *T.* 138. *Ψ.* 526. *εἰ δέ χ'* *M.* 71. = *εἰ δ' ἄν* *Γ.* 288. *Σ.* 273. *Φ.* 556. *εἰ γάρ κ'* *Ψ.* 344. *εἴπερ γάρ κε* *N.* 288. *εἴπερ γάρ κ'* *Θ.* 205. *εἴπερ γάρ χ'* *M.* 302. *ἐπεὶ οὔ κεν* *O.* 228. *εἰ τούτω κε* *Θ.* 196. Admirabiliter igitur scriptura fluctuat, cuius rei maxima culpa quin in grammaticos et librarios conferenda sit non dubito; nam hic Aeolismus praeter metri necessitatem est receptus. Etiam Theocrito saepissime vulgare *εἰ* ubi *αἰ* opus esset inculcatum esse H. Weberus l. l. p. 82 non iniuria suspicatus est. Arbitror igitur ubicumque *κὲ* admissum est olim *αἰ* fuisse, etiamsi qua vocabula inter *αἰ* et *κὲ* interposita sint; hac enim re explicare solent quod nusquam pro *εἰ δέ κε* iuxta *αἴ κε* obcurrit *αἰ δέ κε* (cf. C. F. Ameis. ad *μ.* 49), quod legitur in Aeolicis titulis apud Conz. tab. XII. *A.* 17. 20. p. 35 et e Sauppii coniectura tab. XII. C. 35/6. p. 37. Saupp. comm. p. 11. (*ὥς κε* est p. 29. l. 34. Saupp. p. 14). Sed nunc res perdifficilis est ad disceptandum; Buttmannus quidem in gr. Gr. II. p. 371. n. 2. item *αἶθε* vulgari *εἴθε* propulsatum esse opinatus est, quam rem iam in medio relinquo.

§. 21. De patronymicis.

Herod. π. πατρων. II. p. 858, 22—29 τὰ εἰς ων πατρωνυμικὰ Ionibus τὰ διὰ τοῦ αδιος Aeolensibus vindicavit; eius quidem Aeolismi Homerus non praebet exempla. Contra formae quae terminationem ιος prae ceteris valde Aeolensibus Boeotis Thessalis usitatam (v. Ahr. I. p. 158. 215. II. p. 499. 526—528) prae se ferunt, ex Homero utpote Aeolicae Κρόνιος Τελαμώνιος Ποιάντιος Καπανήϊος huc trahi solent a Bergkio hist. litt. p. 56. n. 15. Ameisio p. 54; atque iam a schol. cod. B. ad Υ. 404. (Eust. p. 1214, 27) Neptuni cognomen Ἑλικώνιος (cf. Herodot. I. c. 148) ad Aeolensium παρὰ τὰς γενικὰς τῶν πρωτοτύπων κτητικοὺς τύπους formandi morem remissum est, v. Herod. p. 850, 27. Ahr. I. p. 160. — Sed non adsequor quomodo hinc certi aliquid effici possit; itaque rem praetermittere liceat, praesertim cum in titulis recentioribus ubique longior terminatio ειος inveniatur (cf. Sauppe p. 26. Wald. p. 29. 38); atque sine ulla dubitatione illa formatio magis communis erat quam ut ex singularis dialecti propietate repeti posset.

§. 22. De syntaxi.

Cum iam ad finem pervenerim, hoc loco subiungo unicum praeceptum ad syntaxin spectans quod ad participium βριθομένη Θ. 307. in schol. cod. D. est adscriptum: κέχρηται (sc. ὁ ποιητὴς) μετοχῇ ἀντὶ ῥήματος καὶ ἔστι τὸ σχῆμα ἴδιον Αἰολέων. Sed erravit scholiographus; nam participium non verbi finiti sed attributi loco valet atque in reliquo enuntiato | μήκων — κάρη βάλεν, ἥτ' ἐνὶ κήπῳ, | καρπῷ βριθομένη omissa est copula ἐστίν. Ceterum vix est quod moneam talia περὶ σχημάτων praecepta grammaticorum esse commenta ac fide carere.

Haec tota farrago est quam congessi. Qua disputatione cum vestigia elocutionis Homericae Aeolica si minus omnia pro certis me evicisse at pleraque saltem probabilia reddidisse sperem, accingo me nunc ad alteram partem, ut de condicione et causa eorum paucis exponam.

Pars altera.

De condicione et causa vestigiorum Aeolicorum.

Alexandrini antiquiores quid de versicolori elocutionis Homericae specie eiusque origine censuerint e traditis lectionibus eo minus pro certo adfirmari potest, quia iis a proximis et posterioribus successoribus, cum iam his vera argumenta plerumque ignota fuisse videantur, interdum causae subpositae sunt eaeque saepe e dialectis haustae (cf. p. 33). Tamen id maxime adparet illos in causis eius rei odorandis parum sollicitos atque ipsorum praeiudicatis opinionibus obcaecatos, unde ea discrimina apud Homerum tracta essent, exquisitius noluisse rimari. H o m e r u s i p s e d i a l e c t o s m i s c u i s s e c r e d e b a t u r. Itaque inter narrationes d e H o m e r i g e n e r e a c p a t r i a circumlatas quam quisque maxime probabat eam argumentis sive e rebus sive e vocibus petitis nonnulla ut e re videbatur interpretans magnopere studebat fulcire [1]).

Zenodotus quidem liberrime variarum dialectorum proprietates ad textum Homericum constituendum admovit, qua in re praecipue nimium Ionismi studium, cuius vestigia adcurate congessit Larochius p. 301 sq., conspicuum est, quam-

1) Cf. Lauerum hist. poes. Homer. p. 112. Sengebusch. diss. Hom. II. p. 4. 20. De rebus quas ad Aeolicum usum spectare grammatici suspicati sunt v. Pseudo-Herod. vit. Homer. c. 37 in Westerm. Biogr. Lauer. p. 89. n. 53. Sengeb. in Iahnii ann. v. 67. p. 259. Bergk. hist. litt. Gr. I. p. 449. 463. n. 46. Quid autem de Aeolico usu vocis ῥέϑος quae Π. 856. X. 68. 362. πάντα τὰ μέλη, apud Aeolenses μόνον τὸ πρόςωπον (cf. Soph. Ant. 529, Eurip. Herc. fur. 1204, Theocr. 29, 16) significasse dicitur (cf. Lehrs. p. 150. Friedlaender. Aristonic. p. 271. 317. M. Schmidt. de Dionys. Thrace in Philol. VII. p. 373. ad vocem ῥεϑομαλίδαι Lobeck. ad Aiac. v. 880. p. 323) statuendum sit nescio.

quam etiam Θ. 378 ultimam syllabam vocis προφανεἱσας Dorico more, qui Hesiodo [2]) quidem usitatus sed ab Homero alienus fuit, correptam sicut Herodianus (v. Duentzer. de Zen. stud. Hom. p. 22. 144. n. 2), Boeotico autem vel Aeolico quem suadet retractus accentus Θ. 470. ἄας, nescio an αὖας, pro ἠοῦς, item φλίψεται aliasque Aeolicas formas scripserat et pro insolitiore forma μάρτυροι vulgarem μάρτυρες utique praetulerat (v. Duentz. p. 53. Laroch. p. 308) [3]). Eum autem Homerum origine Ionicum habuisse verisimillimum est. Eodem modo Aristophanes Byzantius in varia lectione eligenda in Ionicarum formarum gratiam diiudicaverat, quod luce clarius docent scriptura Rhiano quoque Cretensi, Eratosthenis aequali [4]), probata εἵνυσθαι pro ἕννυσθαι ξ. 222. et saepius (cf. ἐπεἱνυσθαι ap. Herod. IV. c. 64) aliaeque de quibus conferendi sunt Nauckius Arist. Byz. fr. p. 33. 47. Laroch. p. 48. — Paulo aliter Aristarchus egit, qui poetam non Ionicum sed Atheniensem fuisse et inter colonos in Asiam migrasse persuasum habuit cum Theagene Rhegino consentiens [5]), quare non solum ut eam suspicionem defenderet constructionibus Atticorum consuetudines referentibus rimandis adcurate adtentus fuit Atticasque quam plurimas formas recepit [6]), sed etiam severissime insolitiores dialectorum formas, praecipue Aeolicas, ubicumque licuit analogia utpote iustissima

---

2) cf. τροπᾶς κοῦρᾶς βουλᾶς (δῆσᾶς th. 521. sec. Herodian.) alia ap. Matthiaeum gr. Gr. §. 68. p. 186. Goettling. Hes. pr. p. XXXII. Meineke anal. Alex. p. 202. Ahrens. de mist. p. 74. Foerstemann. de dial. Hesiod. c. IV. Hal. Sax. 1863.

3) V. Graefenhan. l. l. I. p. 542. Male fecit Ameisius p. 5 quod hic Aeolicae Odysseae editionis quasi a dialecto sic vocata esset mentionem iniecit, quam opinionem ab Osanno quippe mirante quod nulla adlata lectio Aeolidem repraesentaret in Anecd. Rom. p. 282 prolatam Ribbeckius in Iahn. ann. v. 66. p. 9 et Sengeb. I. p. 190 refutaverunt, cum Buttmannus eam iure inter πολιτικὰς editiones quae temporibus bello Peloponnesiaco inferioribus (Sengeb. I. p. 194. II. p. 74) Ionico alphabeto recentiore scriptae (Gies. p. 163—167) fide publica et auctoritate promulgatae erant enumerasset; v. Duentzer. p. 40.

4) v. Meineke anal. Alex. p. 174.

5) cf. Sengeb. II p. 5. I. p. 31. Iahn. ann. p. 368. 612.

6) Friedlaender. Arist. p. 15. n. 2. (laudavit Ameis. p. 6). Lauer. p. 86. n. 48. Sengeb. p. 253. Laroch. p. 387. 396. 428.

norma fretus oblitteravit [7]). Sic clarissimum Atticismi fautorem, etsi lectiones satis munitas retinuit, una cum praeceptore Ionismi studiosissimo indubie Aeolismorum Homericorum spatium artissimis cancellis descripsisse iam Giesius p. 180 conmemoravit.

Verum enim vero aliis Homerus fuisse Aeolensis Smyrna oriundus vel e matre Cumana natus visus est [8]). Quae autem sententia Pindaro Stesimbroto Thasio aliis maxime placuerat [9]), eam Hellanicus, Agathoclis Zenodotei discipulus celeber grammaticus Aristarchique adversarius acerrimus, cuius memoriam ab oblivione Sturzius vindicavit, adripuerat. Is enim cum Odysseam ab Homero conditam esse negavit tum in Iliade plures Aeolismos odoratus est, quamquam Dorismos quoque sicut *θηλέας E.* 269. (cf. schol. Vict.) statuerat [10]); quod vero Grauertus l. l. 208, (Lehrs. Ar. p. 312) eum omnes dialectos agnovisse dixit, id praepropere conlegit. Hunc Aeolismi favorem plures adsertores habuisse elucet e testimonio notatu quidem dignissimo sed tenebris satis involuto: *τὴν δὲ ποίησιν ἀναγινώσκεσθαι ἀξιοῖ Ζώπυρος ὁ Μάγνης Αἰολίδι διαλέκτῳ· τὸ δ' αὐτὸ καὶ Δικαίαρχος* ab Osanno in Anecd. Rom. p. 5 publici iuris facto, in cuius disputatione p. 280 sq. multa non possunt probari. Quinam illi fuerint qui hoc placitum protulerunt perdifficile est ad decernendum. Nam quod Osannus Dicaearchum Messenium et Zopyrum Magnetem eum intellexit qui *περὶ Μιλήτου κτίσεως* scripserat eiusque operis in libro quarto locum Homericum (v. schol. *K.* 275) tetigerat [11]) eumque Aeolensem fuisse ratus ad Magnesiam Lydicam, non ad Magnesiam Caricam quae urbs a Thessaliae Magnetibus condita et post discidium a. 726 a Cimmeriis factum a Milesiis restituta apud Strabonem p. 647 [12]) et in titulo l. n. 2910 Aeolica audit, amandavit, argumentis valde infirmis nititur neque ab opinionis arbitrio

7) Osann. l. l. p. 286.

8) v. Pseudo-Herod. c. 37. 38. Pseudo-Plutarch. Vit. Hom. c. 2. ap. Westerm. Lauer. p. 86—90. Osann. p. 282. Sengeb. I. p. 99—101. II. p. 65.

9) v. Lauer. p. 106—8. Sengeb. I. p. 166. 205. II. p. 1. 16. 20.

10) Sengeb. I. p. 65. Bergk. litt. Gr. hist. I. p. 449. 851. n. 136.

11) Teuffelius in Paulyana Encycl. v. VI. p. 2892 de Zopyro Byzantio historico cogitare maluit.

12) ibid. vol. IV. p. 1446.

seiunctum est. Etsi id confutare vel rectiora evincere stricta ratione minime licet, hoc certius videtur et Apollonii Dyscoli verba: *φασὶ δὲ καὶ τὸν Ἀρίσταρχον ἀσμένως τὴν γραφὴν τοῦ Δικαιάρχου παραδέξασθαι* [13]) et anecdoti praeceptum: *ποίησιν* [14]) *ἀναγινώσκεσθαι Αἰολίδι διαλέκτῳ*, quod Osannus p. 283 sq. sic commentatus est: ex auctoris sententia „dialectum qua Homerus scripsisset, probabiliter quod eum natione Aeolensem putaret, Aeolicam fuisse, atque ubi de singulis formis dubitatio incideret, illius sermonis ad normam eas conponendas esse“ [15]), quippe quae opinio quam maxime Aristarcho contraria fuerit, nullo omnino modo ad eundem Dicaearchum posse referri. Osannus tamen illa quoque, quae A. Buttmannus [16]) et Graefenhanius de Dicaearcho Lacedaemonio grammatico Aristarchique auditore a Suida conmemorato acceperant [17]), Messenio tribuit Fuhrio p. 44. laudante; reapse vero de eius studiis criticis minus constat quam Osannus (ap. Fuhr. p. 44. 389) persuasum habuit atque, quaequae de eo cognita habemus, magis historici qui hic illic poetarum locos adlatos ad historicum et mythicum argumentum explicuit quam grammatici formas vocum curantis ingenium sapiunt. Una solum condicione in Osanni sententiam concedo si Dicaearchus et Zopyrus „Alexandrinis grammaticis aetate anterior“ (p. 284) generatim e fabulis de Aeolica Homeri origine divulgatis id definivisse creduntur, quod in illum apte cadit. Sed si ex Homericorum carminum ipso colore „propter creberrima Aeolismi vestigia in antiquis exemplaribus nondum adtenuata et oblitterata“, ad quae infra recurram, id conlegisse dicuntur, contendo ex eo argumento, ex quo neque Hellanicus

---

13) ap. Graefenhan. I. p. 399. n. 69. Fuhr. p. 61. n. 33.

14) Ut ποίησιν vocem hoc loco de sola Iliade intellegamus omnes suadent calculi, quod demonstravit Osannus probavitque Ribbeckius in censura p. 8; nihilominus ille propter Aeolicam Odysseae editionem quam male huc retulit et Iliadem et Odysseam accepit, cui alii consentiebant (v. Sengeb. I. p. 85. Ameis. p. 5).

15) Sengeb. I. p. 85. 190. II. p. 65 posuit eum omnia quae non essent Aeolica apud Homerum in Aeolicum esse vertenda censuisse; item Ameisius.

16) v. Quaestiones de Dicaearcho eiusque operibus etc. Numburgi 1832. p. 3.

17) cf. Fuhrii not. 35. p. 62.

grammaticus ille historicus neque Heraclides Ponticus Eustathii auctor intellegi debent, speciem rationis et auctoritatem quandam trahi, ut Alexandrinorum demum temporibus eos vel eum qui postulatum illud cuius „principalis vis in dialecti mentione constat" (Osann. p. 283) edidit vindicemus. Atque de Zopyro quominus *ὁμωνυμίαν* statuamus vulgatum inter Graecos nomen ac fere commune nullam difficultatem obstruit; licet fortasse grammaticum quendam fingere Hellanici aequalem qui nescio an eius de Iliadis dialecto iudicio subscripserit vel id severius contraxerit; tamen de re quae ad liquidum nequit perduci nolo ariolari.

Sed posteriorum grammaticorum opiniones percurrere non conceditur, tamen haud a vero aliena coniectura esse videtur, qua ut singulos sicut Dionysium Thracem Aristarchi de Attica Homeri origine sententiae adstipulatos esse[18]), alios in alias incidentes has vel illas formas praetulisse, ita multos doctrina de dialectis crescente quam plurimas vel omnes dialectos apud Homerum agnovisse suspicamur. Sic Boeotismi Thessalismi Atticismi Dorismi Aetolismi alii soloecismi[19]) ubicumque obsoletae vel incognitae formae erant a grammaticis, qui non multi in quaerendo fuerunt, utrum discrepantiae essent dialectorum an eiusdem sermonis quo poeta utebatur status antiquioris propriae, saepissime venditantur. Undecumque igitur formas et voces etiamtum servatas doctrina converrebant, indidem eas a poeta corrasas esse statuebant, quasi usui poetico haec mistio arbitraria innata et insita esset neque oporteret ut inter eas gentes quarum sermones adhiberentur intercederet aliqua necessitudo. Hanc autem futilem rationem rhetoribus valde placuisse vix mireris. In eum modum Dio Chrysostomus verba fecit in or. XI. (*λόγ. Τρωϊκ.*) §. 23 ed. Emperius: *ὡς οὐ μόνον ἐξὸν αὐτῷ* (*Ὁμήρῳ*) *τὰς ἄλλας γλώττας μιγνύειν τὰς τῶν Ἑλλήνων καί ποτε μὲν αἰολίζειν, ποτὲ δὲ δωρίζειν, ποτὲ δὲ ἰάζειν ἀλλὰ καὶ Διαστὶ διαλέγεσθαι*, et or. XII. (*λόγ. Ὀλυμπιακ.*) §. 66: *ἡ δὲ τῶν ποιητῶν τέχνη μάλα αὐθαδὴς καὶ ἀνεπίληπτος ἄλλως τε Ὁμήρου, τοῦ πλείστην ἄγοντος παῤῥησίαν,*

18) v. Philol. VII. p. 373.

19) cf. Giesium p. 197. Bergk. p. 450.

ὃς οὐχ ἕνα εἵλετο χαρακτῆρα λέξεως, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν Ἑλληνικὴν γλῶτταν διῃρημένην τέως ἀνέμιξε, Δωριέων τε καὶ Ἰώνων, ἔτι δὲ τὴν Ἀθηναίων, εἰς ταὐτὸ κεράσας πολλῷ μᾶλλον ἢ τὰ χρώματα οἱ βαφεῖς, οὐ μόνον τῶν καθ' αὐτόν, ἀλλὰ καὶ τῶν πρότερον, εἴ πού τι ῥῆμα ἐκλελοιπός. καὶ τοῦτο ἀναλαβὼν ὥσπερ νόμισμα ἀρχαῖον ἐκ θησαυροῦ ποθεν ἀδεσπότου διὰ φιλοῤῥηματίαν, §. 67: πολλὰ δὲ καὶ βαρβάρων ὀνόματα, φειδόμενος οὐδενὸς ὅ τι μόνον ἡδονὴν ἢ σφοδρότητα ἔδοξεν αὐτῷ ῥῆμα ἔχειν[20]), neque aliter Tyrius Maximus in diss. XXXII. §. 1. ed. Didot.: πάντα ἐπεσκοπει (Ὅμηρος) — τέχνας παντοίας, φωνὰς ποικίλας et §. 4: οὔτε δὲ Ἰωνικὴν ταύτην ἐθελῆσαι εἶναι αὐτῷ, οὔτε ἀκριβῶς Δώριον οὔτε Ἀττικήν· ἀλλὰ κοινὴν τῆς Ἑλλάδος. Ἅτε οὖν ξύμπασι διαλεγόμενος, ἀθροίσας ἀναμὶξ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν καὶ ἀνακερασάμενος εἰς σχῆμα ᾠδῆς, τὰ ἔπη εἰργάσατο προσηνῆ τε ἅμα εἶναι καὶ ξυνετὰ πᾶσι καὶ κεχαρισμένα ἑκάστοις[21]) et Pseudo-Plutarchus Vit. Hom. c. 8 vel ap. Maittair.-Sturz. p. 477: λέξει δὲ ποικίλῃ κεχρημένος τοὺς ἀπὸ πάσης διαλέκτου τῶν Ἑλλήνων χαρακτῆρας ἐγκατέμιξεν, ἐξ ὧν δῆλός ἐστι πᾶσαν μὲν Ἑλλάδα ἐπελθὼν καὶ πᾶν ἔθνος. En satis manifesta testimonia quibus ingenium eius aetatis cognoscas. Contra quam dementiam saepe forsan prolatam dixeris Apollonium Dyscolum cum probatissimum grammaticum tum Aeolismi Homerici iudicem severissimum disputasse, qui de pronom. p. 83 Bekk.[22]) forma ἐμέθεν et Aeolica et Syracusana (Ahr. I. p. 123. II. p. 279) ne apud Homerum Aeolica vocaretur sic praemonuit: παρά τε τῷ ποιητῇ ἡ χρῆσις καὶ σχεδὸν συνεχής· διὸ οὐδὲ Αἰολικώτερον χρὴ ἀναγινώσκειν, διηκούσης καὶ ἐπὶ πολλὰς διαλέκτους τῆς χρήσεως. Atqui secundum eam vagam rationem diserte a Burgessio p. XVI. Heynio in Il. tom. VII. p. 713. Buttmanno in lexil. I. p. 41. Giesio p. 39 insuper inprobatam nuper Hartungio[23]) ex omnibus dialectis lingua epica conflata esse visa est.

---

20) Priorem locum indicarunt Bode hist. poes. ep. I. p. 247. n. 1. Graefenhan. I. p. 32. n. 21. (149. n. 4), alterum Fabricius bibl. VI. p. 165.

21) v. Bod. et Graefenhan.

22) Locum laudarunt Kayserus Philol. vol. XVIII. p. 709 et Rumpfius in Iahn. ann. vol. 81. p. 582.

23) de particulis linguae Graec. I. p. XII.

Recentioribus item Aeolica Homeri origo idonea causa fuit ad Aeolismos expediendos. Aeolensem quidem Homerum qui Ionice scripsisset amplexatus est Bentleius[24]) cuius acumine repertum est digamma, quod in disceptatione utrum fuisset poeta Aeolensis an Ionicus celeberrimum quasi telum factum est, praesertim cum id invita Minerva digamma Aeolicum nuncuparetur; quod nomen ne recentiores quidem (e. g. Christ. p. 167) ne quid perversitatis vetustae amitteretur abiecerunt. Bentleio vero quocum apud Anglos viri docti steterant ut Fosterus Woodius[25]) strenue at inepte Dawesius in misc. critic. adversatus est, qui cum digamma Aeolicum ab Ionicis Ionici poetae carminibus prorsus alienum iudicasset, huius loco ‚Ionicum Vau' eadem vi praeditum restituere conatus est; tamen Burgessius rursus in Bentlei partes ivit atque e digammo Homeri originem Aeolicam defendit. Primus autem Heynius p. 711. opinione grammaticorum de Aeolico digammo ariolantium merito notata contendit illud et antiquiori utique usui Graecae linguae proprium et Ionum quoque atque Ionici poetae consuetudine frequentatum fuisse ut ne pilum quidem in Aeolismum faceret, id quod verissimum est. Attamen inde defensores Aeolici Homeri sententiae suae praesidium captabant. E. g. nomino Langium[26]) in Philol. IV. p. 707. sic dicentem: ‚Aeolium gente eumque Smyrnaeum Homerum fuisse antiquissimis fideque dignissimis testimoniis Bodius hist. poes. epic. I. p. 248 demonstravit. Quibus consentiunt Aeolismi qui permulti in carminibus Homericis reperiuntur, — digamma Aeolici innumerabilia exempla'. Eo modo plus semel egregie lapsus est Osannus, a Burgessii sane iudicio pendens, cum „Zopyrum maxime illud digamma Aeolicum, cuius idiomatis formis illa vetusta Homeri exemplaria distincta fuisse vix hodie quisquam negaret, cuiusque usus vix dubitare testimonia certissima et incorrupta, scripta vel inscripta, sinerent quin temporibus illius vulgari Aeolensium sermone (cum Ahrensio de Asiatica dialecto cogitavit) receptus fuisset,

---

24) cf. Heyn. p. 713. n. 25) apud Burgess. p. 398.

26) Commentarios Iliadis quibus se Aeolismos indicaturum esse promisit ibi laudatos nusquam vidi; apparatum eius M. Schmidt. Did. p. 350 penes se fuisse adnotavit.

ante oculos habuisse" contenderet. Neque enim tituli quarti saeculi etiam digamma praebent (Ahr. I. p. 32), unde id tum in sermone evanuisse patet, neque umquam in Graecis Homeri exemplaribus si qua vidit Zopyrus digamma scriptum fuit, de qua re dixerunt Giesius p. 160. Rumpfius l. l. p. 669. 672. A. Leskienius in libello quo 'Rationem quam I. Bekker in restituendo digammo secutus est examinavit' p. 52. Cautius sane at non rectius Bergkius qui Aeolismum ad digamma apud Homerum servandum multum valuisse credidit p. 856 sq. n. 150 coniecit Zopyrum primum de digammo introducendo cogitasse. Sic nostrorum temporum errorem ad vetera retorserunt. — Sane cum hodie inter omnes nihil magis constet quam quod Trypho iam viderat digamma in omnibus dialectis e linguae antiquitate haesisse, ne verbo quidem id tango neque eam consonam supra in enumeratione Aeolismorum respexi, quia ubi spirans apud Homerum Aeolico modo ubi Ionico retenta sit nullo modo demonstrari potest; neque hoc demonstravit Giesius, qui etsi Homerica aetate digamma Ionibus ipsis tritum fuisse non nescivit, ut quo pacto usus fluctuasset apud Homerum explicaret, p. 181. 189. digamma firmissime et constanter adhibitum ex Aeolismo repetere, evanescens autem Ionismo tribuere studuit atque idem de formis nondum contractionem passis, in quibus digamma si fuisset pronuntiatum putandum esset, et de contractis statuit p. 192; quam acutulam distinctionem iure Ameisius p. 16. reiecit. Recte id iam Christius p. 203/4. vidit cuius tamen ratiocinationi consentiri nequeo: „in keinem literarischen Denkmale, selbst nicht in den Liedern des aeolischen Dichterpaares findet sich ein so ausgedehnter — Gebrauch des Digamma als bei Homer. — Dabei dürfen wir keineswegs diese Erscheinung aus dem Aeolismus des Homer herleiten: denn der aeolischen Formen sind bei Homer viel zu wenige, als dass sie den so durchgreifenden Gebrauch eines aeolischen Buchstabens erklären könnten, und müssen selbst jene wenigen Aeolismen nicht als herübergenommene dialectische Besonderheiten, sondern als allgemeine Producte der stufenweise entwickelten gr. Sprache angesehen werden".

Praeterea Smyrnaea origine Aeolicum Homerum defenderunt Welckerus[27]) et Lauerus[28]). Contra O. Muellerus, qui primus in Smyrnae memoriam diligenter inquisivit[29]), cum duas colonias, priorem Ionicam Epheso alteram Aeolicam Cumis, eo deductas distinxisset atque cognovisset Iones et Aeolenses aliquamdiu una ibi habitasse, tum illos inter eosque gentem Homericam ab his expulsos Colophonem se recepisse, sed post duo fere saecula regressos totam urbem sibi recuperasse, ex Ionica parte poetam ortum esse et Ionicam vel Achaicam dialectum adhibuisse autumavit[30]). Cui opinioni adstipulatus Sengebuschius, inpugnator Homeri Aeolici quem iam ab Aristarcho prorsus esse profligatum praedicavit (in Iahn. ann. p. 259) acerrimus, qui Homerum Atheniensem inter populares Smyrnam traicientem recoxit genusque et ipsum Homeri nomen (ut pro Thamyra esset!) et totam poesin ad Atticos Thraces admirabiliter revocare molitus est[31]), Aeolenses quicquam valuisse ad excolendam Homericam poesin praefracte negavit[32]). Verum enim vero Ahrensius[33]) Aeolica vestigia sic extricavit, ut Smyrnam Homeri patriam primo ab Aeolensibus conditam tum ab Ionibus sub potestatem redactam fuisse acciperet, quod censor (cf. p. 2) non sine causa in dubitationem vocavit et refutatur Bergkii causa quam p. 851 protulit, hoc post Olympiadum initium demum factum esse ante quam aetatem carmina, certe Ilias, confecta fuisse putanda essent. Ipse vero novissimus χωρίζων (p. 738) Smyrnae incolas olim solos Aeolenses fuisse dixit p. 456 atque Homerum ibi natum (p. 159. 455) postquam in Ioniam migrasset in Chio Iliadem panxisse Ionica dialecto usum sibi finxit p. 89. 418. 457/8. 739. 852/3. Sed ut Smyrna aliquantum valeat, tamen ex Aeolica Homeri poetae quippe ex arbitrio dialectum alienam Ionicae elocutioni inmis-

27) in cyclo epico. I. p. 142—157. 28) p. 110.

29) hist. litt. Gr. I. p. 72—74. 30) ibid. p. 79. 17.

31) p. 614. 386. diss. p. II. 99. 102. 115.

32) p. 405: „allein in den Händen des jonischen Theils der Bevölkerung ist Homer geblieben, so lange Aioler und Ionier in Smyrna zusammen wohnten und als die letztern vertrieben wurden, gieng der ganze Homer mit nach Colophon und kam erst mit den Ioniern wieder nach Smyrna.“

33) in gramm. dial. Attic. et Homer. §. 1. p. 3.

centis origine nihil omnino emolumenti ad hanc quae est de Aeolismis quaestionem absolvendam redundat, quod Giesium non latuerat p. 179 [34]); nam profecto mistio quae conspicua est in carminibus maior est et latius valet quam pro unius hominis quamvis summi ingenio ac ratione. Praeterea haec causa iis nulla est qui Wolfii argumentis, quibus ‚carum Homeri ipsius caput' [35]) in aerem quasi dissolvit, fidem habent.

Hac explicatione reiecta transeamus ad alteram quae a grammaticis excogitata plerumque favorabilis fuit. **Metri necessitudine poeta vel poetae ad versus explendos confugisse credebantur ad alienae dialecti copias.** Sic schol. cod. Q. de *ἀριζήλως* pro *ἀριδήλως* posito addidit: ‚*δῆλον οὖν ὅτι αἱ παρ' Ὁμήρῳ δισσολογίαι κατὰ τέχνην καὶ χρείαν προέρχονται*' atque ad *ἐπισμυγερῶς γ.* 195 adnotatum legimus: *σμυγερῶς διὰ τὸ μέτρον παρείληπται, Αἰολικῶς δέ ἐστιν.* Scilicet cum Aristarchus potissimum formas ab Iade alienas ubi fieri potuerat exterminasset, pronius fuit in hanc opinionem incidere quam secutus expresse schol. cod. Vict. ad Didymi verba: *κεκλήγοντες· ὡς λέγοντες· ἐν τῇ ἑτέρᾳ τῶν Ἀριστάρχου κεκληγῶτες, καὶ οὕτως οἱ πλείους Π.* 430 sic causam reddidit: *οὐ γὰρ ἀναγκαῖον τὸ Αἰολικὸν μέτρου μὴ ἐπείγοντος*; quae ratio rectissime notam subiit a Giesio p. 40. Ne inter recentiores quidem ea excusatio plane explosa est. Neque enim valde a Dionis verbis quae locum supra laudatum excipiunt: *πρὸς δὲ τούτοις μεταφέρων οὐ τὰ γειτνιῶντα μόνον, οὐδὲ ἀπὸ τῶν ἐγγύθεν, ἀλλὰ τὰ πλεῖστον ἀπέχοντα — καὶ οὐδὲ ταῦτα κατὰ χώραν ἐῶν, ἀλλὰ τὰ μὲν μηκύνων, τὰ δὲ συναιρῶν, τὰ δὲ ἄλλως παρατρέπων· τελευτῶν δὲ αὐτὸν ἀπέφαινεν οὐ μόνον μέτρων ποιητήν, ἀλλὰ καὶ ῥημάτων* e. g. Dindorfii iudicium distat quod dixit in Herodoti ed. Didot. p. II. ‚poetas epicos multis usos esse vocabulis vocabulorumque formis vel ex aliis dialectis petitis vel propter metri heroici necessitatem inventis'. En rationem quae hercle grammaticorum magis quam poetarum in-

34) Bene Ameisius p. 8: ‚qui sibi persuadeat, illum aut puerili quadam libidine ductum aut propter mancam Ionicae dialecti cognitionem passim patrii sermonis admisisse usum?'

35) Sengeb. II. p. 89.

dolem redolet. Huius vero putidissimae explanationis, qua ut varias eiusdem notionis formas utpote metri causa admissas vel fictas consueverunt excusare sic quamque poetis licentiam ratam habuerunt, spero neminem fore quem insulsitas effugiat. Et iure Burgessius p. XVI contra eos, qui varietates eas Homerum consulto et ex licentia qua quod metrum adiuvaret suum fecisset adhibuisse censuerant, exclamavit: ‚At quis tam multa coloris varii atque formae adhibere voluerit? quis demum ausum patienter legerit'? Enimvero nequaquam omnes Aeolismos qui exstant metrum excusat, quod iam Fosterus apud Burg. p. 398 disputans nominativum in α Aeolicum ‚Homerum non solum propter metri necessitatem sicut in ἱππότα Νέστωρ, sed etiam ubi plenior terminatio in ης pariter versui conveniret, sicut in νεφεληγερέτα Ζεὺς adhibuisse' observavit, ubi ne audacissimus quidem criticus analogiae rationem persequi velit. Quid, cum quam legem Homerus, ut Skrzeczkae[36]) locutione utar, sibi in usu plurium formarum quae nunc diversis dialectis adsignentur praescripserit plerumque ignoremus, cuique Aeolismo peculiarem condicionem rimemur an in universum unam causam quae simul omnes explicat adferamus? Quamvis igitur vel frequentior vel rarior formae alicuius usus a commoditate metrica pendeat, tamen quivis videt ipsius Iadis abundantiam quam maximam atque facilitatem satis fuisse ad versus explendos. Sane vero aliud est si poetas Ionicas tenui versus procudendi sollertia coactos aliena ex alienis dialectis petiisse statuas, aliud si eos formas quae aliunde iam praesto erant propter metri pondus aptissimum vel alia de causa pro vernaculis adscivisse vel potius retinuisse tibi persuadeas. In hanc partem Giesius p. 193. 200. et Bergkius p. 854. sq. 862 disputaverunt atque cadit Ahrensii sententia verissima quam ex diss. de coniug. in μι Homer. p. 2 ipsis verbis inseremus: ‚der homerische Dialect ist ein wahrhaft organisches Naturgewächs, nicht durch Nachbildung oder Vermischung verschiedener Dialecte künstlich entstanden noch aus einem gestaltlosen Sprachteige im Troge des Verses zusammengeknetet'. — Credo vero equidem causam quod aliqua forma metro non postulatur non idoneam esse ad eam expellendam

36) cf. in Seebod. et Iahn. ann. vol. suppl. I. p. 548.

mistionemque quae est in Homericis carminibus restringendam, sed hanc liberiorem fuisse quam pro metrica ratione, quae ne apud Pindarum quidem sola valet. Quare in universum de Aeolicis vestigiis non tam I. Bekkeri iudicium de pronominum Aeolicorum usû Homerico, de quo iam satis exposui §. 14, in sched. Homer. I. p. 325. (p. 87) prolatum: „die Aeolismen, diese (person. pron. dixit), wie die possessiven ἀμὸς und ὑμὸς werden zu metrischer Aushülfe herbeigezogen, sind aber unnütz, wo es deren nicht bedarf wie am Ende" quam G. Curtii conlaudo meumque facio: „Mit einem — Vorurtheil hatten die aeolischen Formen ἄμμες ὔμμες u. s. w. bei Homer zu kämpfen. Man wollte sie zum Theil bloss als metrische Behelfe gelten lassen, die an die Stelle der üblicheren nur da treten dürften, wo sie sich besser in den Vers fügten. Aber die Aeolismen bei Homer sind nicht gering an Zahl und keineswegs auf solche Formen beschränkt, aus denen eine metrische Bequemlichkeit erwuchs." cf. Erl. p. 76[2].

Tertio loco persuasioni, cui credo non melius procedit, eorum obcurram, qui et e mistione colonorum diversarum stirpium in Ásia facta et e confinio Aeolensium et Ionum ad colorem varium Homerici sermonis enucleandum multum redundare adsumpserunt. Nam cum aliorum tum Herodoti gravissimo loco I. c. 146. diserte confirmatur colonas qui in Ioniam migrassent non eiusdem gentis fuisse, sed multiplicum stirpium socios ibi congregatos esse (cf. O. Muelleri Orchom. p. 399. Giesium p. 179/180), quare Ionicam loquendi rationem non puram praebuisse speciem idem Herodotus testatus est I. c. 142, quo de loco dixi supra p. 10. n. 46. Atque inter Aeolenses et Iones commercia negotiaque continua et necessitudines invicem floruerunt, per quae, quia res ipsa ut nonnullae formae et voces apud utrosque eaedem sint postulat, in sermonem quemque vernaculum multa magis magisque inrepserunt. Quae cum per se omnia recte se habeant quid tamen ad hanc rem inlustrandam valeant equidem non video. Sengebuschius[37]) autem et poetis Homericis et posterioribus

37) in Iahnii ann. p. 405. 260.

amplam admodum ποιητικὴν ἀρέσκειαν vindicans illo Herodoti loco laudato totam quaestionem de Aeolismis motam sibi visus est plane prostravisse; nec defuerunt alii huius rationis adsertores. Num nobis etiam persuadebimus tali contagio ipsi speciem epicae dialecti deberi? Mihi quidem minime. Ubinam quaeso unquam in popularium ore talis sermo versabatur, qualis est Homericus vel Alcaicus vel Pindaricus? Nunc omnes recte negant. Ubinam summis poetis licuit vocum et formarum copiam ex quisquiliis popularis consuetudinis corrasam in suum usum convertere? Homericane aetate? Apud Graecos? Hac igitur disputandi ratione nihil efficitur; inter dialectos quas loquebantur populares easque quibus poetae utebantur necesse erat qui illud opinati sunt distinguerent et leges quibus quaeque conformetur et quasi adolescat anquirerent, quod discrimen alii recte non neglexerunt [38]).

De lyricorum videlicet plurium dialectorum usu Ahrensius, qui est harum rerum iudex sagacissimus, egregia dissertatione saepius laudata: über die Mischung der Dialecte in der griechischen Lyrik luculentissime et extra omnis dubitationis aleam verissime docuit, eos nusquam pro suo ingenio vel arbitrio, nusquam propter geographicam stirpium dialectorumque viciniam formas alius dialecti ad elocutionem principalem admovisse, sed in hac re gravissima unam solamque certam legem ac rationem in poesis generis cui quisque studeret natura et indole positam secutos esse. Qua ratione, cum item in Homericos poetas quadret, merito a crimine defenduntur quod cum licentia abusi, ut Dionis verbis utar, sicut τὰ χρώματα οἱ βαφεῖς linguae partes conmiscuerint, tum carmina ex incolarum confinio Aeolico imbuerint colore. Tota scilicet poesis epica, qua res deorum et heroum uberius fusiusque enarrantur, quae etiam ad popularia argumenta adplicata est, ut ab initio a vivido popularium sermone proficiscitur, ita paulum admodum provecta et exculta neque caret arte nec destituta est certis legibus, quae elocutionem simplicem et ad res aptissimam flagitant. Itaque poetae epici cum ab ultima aetate res repeterent anti-

38) Cf. quae Bergkius de Homericae linguae ratione exposuit p. 851—855.

quum sane sermonis colorem curabant, quem consuetudine sancitum qui secuti sunt, quo gravitati et maiestati carminum consulerent, quam maxime adfectare et retinere solebant, in ceteris quidem rebus genus loquendi simplex neque dialectorum discrepantiis fucatum adhibentes; cuius rei non dubito praeclarum exemplum saepissime iam neque inmerito ad Homericas quaestiones remissum in analogiam advocare, carmina dico Theotisca de Nibelungis facta, quorum elocutio interdum antiquior quam pro illa aetate, tamen prorsus puta ac pura est a dialectorum discriminibus[39].

Sed iam disputatio prolapsa est unde sine ullis salebris explicatio rei quam tractamus patet. *Ex earum solum gentium sermonibus, apud quas pridem ars poetica factitata fuisset, aliquas formas potuisse recipi ideoque fontem Aeolicorum vestigiorum nullam aliam rem aperire quam historiam poesis epicae, quae fuisset ante carmina Homerica*, confidenter contenderim, quod aliis etiam visum erat. Haec enim eius generis non prima fuisse et argumenta et forma, quia vocum copia et ubertas atque versus agilitas solum e diuturna artificii consuetudine explicationem habet, satis clamant, neque inter veteres[40] neque inter recentiores[41] ulla fuit dubitatio quin „multi exstitissent (Burgesii verba sunt p. 402. n.) boni scriptores ante Homerum poetam quippe numeris omnibus paene absolutum". Itaque quamvis ad rem maxime prae ceteris inplicatam et lubricam adeam, quia in ea est summa totius explanationis, extremis tamen cancellis eam describam.

Quaenam igitur Graeciae stirps poesis fundamenta iecisse dicatur conperire non multum refert, sed in eam nos rationem inducere satius erit, apud plerosque Graecos cantus amantissimos pariter a priscis temporibus poesin ad mythos se conformasse atque heroum laudes brevioribus cantilenis et epicis

39) Dixit de hac re Muellenhoffius in libello cuius titulus est: zur geschichte der Nibelunge not, p. 18.

40) v. Sengeb. diss. I. p. 91.

41) cf. Hermann. op. IV. p. 291. Bodium hist. p. e. I. p. 246. 249. Mueller. hist. l. G. I. p. 26. Bergk. p. 87. 391. 406. alios.

carminibus elatas et celebratas fuisse; adeo hoc pro certo iudicare licet, aetate migrationum multas fabulas etiam in similem formam qualem praebent carmina Homerica esse provectas. Quanta igitur argumenta Ionica poesis in Asia efflorescens quam Homericam dicimus e prioribus carminibus exceperit, quid antiquiora exempla valuerint ad eius perpolitam elocutionem excolendam, quamvis in illius aetatis tenebris nunc magis suspicari quam scire liceat, tamen viri docti altius in fabulas inquirentes ingeniosissimis coniecturis sagacissimisque observationibus, quibus non deest veri species, aliquantum profecerunt, inter quos praeter E. Curtium in hist. Graec. I. p. 118—120 ed. 4. nemo melius et dilucidius de hac re disseruit Muellenhoffio, cf. deutsche Alterthumskunde I. p. 11—30. (497). 48. 58—60. 67—70[42]). Statuitur enim Troicam fabulam, in qua versatur cardo carminum, non ab Ionibus sed a Graecis antea Troadem vicinasque regiones quibus nomen Aeolidis inditum est occupantibus originem traxisse. Scilicet veri quam simillimum est fabulas domesticas Argivorum Achaeorum Ionumve Thessalorum aliorum quibus Atridae Ulyxes Achilles alii celebrabantur, postquam ab colonis in novas sedes deportatae coalescere atque inter se adsimilari coepissent[43]), quod Lauerus l. l. p. 214 probavit, vinculo memoriae sive earum rerum, quae ipsis Aeolensibus considentibus demum accidissent (quae ante Curtium Voelckeri etiam sententia fuit[44])), sive belli anterioribus temporibus re vera ad Troiam gesti vel a Graecis (v. Lauer. p. 171—174. 215. n. 109) vel a Phoenicibus (quae Muellenhoffii ratiocinatio p. 19 sq. praestare videtur), constrictas et in quadrum nexumque redactas esse qui est epicae poesis proprius. Itaque antiqua carmina quae populi ore de ea circumferebantur fieri non potuit quin maxime Aeoli-

---

42) cf. Hartelii censur. in Zeitschr. f. d. östreich. Gymnas. 1871. p. 157—161. Bonitz. Ursprung der homer. Gedichte. ed. III. Wien. 1872. p. 79/80.

43) Hoc, puto, explicat quod veterum nonnulli, sicut Philochorus Atheniensis, Homerum fuisse Argivum alii Thessalum alii Pylium alii Ithacensem dixerunt; v. Lauer. p. 85. Sengeb. I. p. 96. II. p. 70.

44) cf. Erschii et. Grub. Encycl. tom. 80. p. 223.

cam elocutionis speciem haberent (vid. etiam Giesium p. 181). Haec autem commerciis vividis quibus Aeolis vicinaeque orae patefactae erant per vulgus ipsum vel per poetas circumlatorios ad Iones propagata cum iisque communicata fuisse ita, ut hi argumenta identidem audita cupideque adrepta suó ore canerent iisque cumulum adderent novis carminibus, dico Homericis, perquam credibile est atque in promptu est Smyrnam aptissimam huius translationis sedem indicare, cuius opinionis suasores fuerunt Lauerus p. 110. Curtius p. 120. Muellenhoff. p. 12. Bergk. p. 417. 454. Si igitur fabularum magnam partem Ionici poetae ab Aeolensibus mutuati sunt, iure aliquis contendat idem in elocutionem cadere, praesertim cum Graecorum ingenio insitum sit quicquid pulchri et in quaqua dialecto aliqua gens effecit sine invidia recipere[45]. Praecipue voces quasdam consuetudine poetica stabilitas atque ut fert epicae poesis natura totas formulas usu sancitas atque certo versuum loco adsignatas, quibus inest augusti et sollemnis species quaedam, quae tamen si mutantur multo vel omni exuuntur poetici ponderis momento (unde elucet eas non e cotidiano sermone esse haustas[46]), vi memoriae ac famae ex Aeolicis carminibus in Homericorum ambitum quasi defluxisse omnes confido esse consensuros (cf. ἀγανός p. 28/29. ζάθεος p. 45. ἀμύμων p. 81 —83 etc.). Bene igitur G. Curtius in epistula ad Hartelium data (Stud. IV. p. 487) dixit: „die überschwängliche πολυωνυμία und πολυμορφία des homer. Dialects — kann nur begriffen werden aus einer *längern Geschichte*, nicht der Sprache allein, sondern auch *des epischen* durch die volksthümliche, aber darum nicht unbewusste Thätigkeit von Sängern geregelten *Gesanges*. Nur so erklären sich jene nicht selten dreifachen Schichten von älteren und jüngeren Formen neben einander, nur so jene feine Beimischung einer ganz beschränkten Zahl von Aeolismen, nur so der Einfluss, den der Vers augenscheinlich so vielfach, wenn nicht auf die Gestaltung neuer, doch auf die Bewahrung alter Formen hatte, — nur so

45) v. Fr. Jacobs vermischte Schriften vol. III. p. 400. Lips. 1829. O. Mueller. hist. litt. Gr. II. p. 1.

46) v. Bergk. p. 84. 462. 853. n. 139.

jene beständig wiederkehrenden Formeln und die Festigkeit in der Wortfolge." Iam supra vidimus Aeolismos Aeolicasque formulas haud raro a recentioribus imitatoribus, quorum temptaminibus conferta sunt carmina Homerica, neglectas et conmutatas esse, quae vestigia paululum faciunt ad originem iuniorem partium quae aliis de causis a Lachmanno et Kirchhoffio merito spuriae putantur confirmandam.

Hac igitur ratione omnia quae antea difficultatem habebant percommode expediuntur eamque aliquantum probabiliorem et convenientiorem puto quam Sengebuschii quam, postquam Laueri sententiam, peculiaria argumenta diversarum gentium in Asia demum in unum fabulae quasi corpus conligata esse, acerbius inprobavit sed minime infregit, his ipsis verbis professus est l. l. p. 641/2: „ich glaube vielmehr getrost behaupten zu dürfen, dass lange vor der jonischen Wanderung, z. B. in Athen die argivischen Sagen vom troischen Kriege so gut bekannt waren wie in Argos selbst und dass ich meinen athenischen Homer nicht erst in Smyrna etwa in den durch ihn zu verherrlichenden Stoff vollkommen einzuweihn brauche"; qua de fictione ipse pro tua parte iudices. Potius ex Aeolismis quos is strictim praeteriit emergit, iustam causam viris clarissimis qui Homeri personam tuebantur non defuisse, ut Homerum natu fuisse Aeolensem sed Ionicum exstitisse poetam contenderent. — Sane male, credo, Ionicae poesi consuleremus, si eam totam ab Aeolica derivare studeremus. Enim vero ratio postulat ut nobis persuadeamus, Iones felicissima naturae quasi agilitate ingeniique sollertia florentes non rudes fuisse cantus sed plures fabulas proprias excoluisse, sicut Nestoream Phaeaceam [47]) atque fortasse Odysseam, quam Troica antiquiorem fuisse Muellenhoffius p. 30 scite enodavit, quam Aeolenses etiam cognitam habuerant (p. 48), aliasque et in Pelopis insula et in Attica conflatas pro sua parte in Asiam traduxisse; item autem cultum versus et elocutionis longe provenisse ponendum est (§. 9. I.). Quae quidem res valde inpedit ne archaismos vel, quo Ameisius p. 7 inclinavit, ea quae vulgo Aeolensibus vindicantur tamen communis linguae Graecae propria fuerunt, ex

47) Conf. E. Curtium p. 120/1. Bergk. p. 459. 417. Muellenhoff. p. 31.

Aeolica poesi expedire studeamus. Sed si qua vestigia eius status, quo Ionicus sermo ab Attico non diu segregatus non valde diversus fuit, propria dicebantur vel a grammaticis Atticismi Homerici venditabantur (v. Bergk. p. 450), ea cum Giesio p. 197. 198 sq. ab Homeri Ionismo non distinxi.

Quae cum ita sint adfirmare licet et apud Aeolenses et apud Iones poesin epicam effloruisse, sed illam mox prorsus obscuratam ad ea quae habemus carmina apertam vim habuisse ut magnam in rebus enarratis ita aliquantam in elocutione.

His omnibus expositis liquet me non cum Giesio stare qui cum praeter Aeolicas etiam alias formas e stirpium contagione quarum adventibus misti fuerant Iones in linguam poeticam inrepsisse posuit (p. 198), tum ipsarum Aeolicarum duo genera fuisse ratum habuit, quorum alterum ex Aeolica poesi (p. 180) alterum e sermone inter Iones Aeolesque vigente (p. 179) repeti voluit, de peragenda quidem distinctione ipse desperans p. 195; huic autem aperte Ameisius obsecundavit. Quod vero unum exemplum alterius generis adtulit vocem *μείς* non bene elegit. Nimirum scholia A. P. ad *T.* 117, in Chia editione fuisse *μῆς* — quam Giesius p. 164 Doricam formam (v. Ahr. II. p. 242. Meister. de dial. Heracleens. Ital. in Curt. Stud. v. IV. p. 383) illi editioni obtrusam quam ex antiqua orthographia *ΜΕΣ* falso transcriptam putare maluit — *ἄλλως μεὶς Αἰολικῶς* exhibent. Nominativum autem *μείς* (nam praeter gen. *μῆννος* v. Ahr. I. p. 51. et dativum plur. *μήννεσ(σ)ι* v. Conz. XI. 1. 12. 13. Wald. p. 12. nulla Aeolica forma exstat neque huc facit Boeotica scriptura *μεινὸς* et *μεῖνα*, v. c. i. G. I. n. 741. II. n. 1569, pro Doricis *μηνὸς* et *μῆνα*) in Aeolide audisse infitiari non licet, quia nescio an Herodianus eum legerit qui *π. κλίσ. ὀνομ.* II. p. 669, 19 sic iudicavit: *τὸ δὲ μείς, ὃ σημαίνει τὸν μῆνα οἷον* — *T.* 117, *διὰ τοῦτο οὐ κλίνεται διὰ τοῦ ντ, ἐπειδὴ μὴν ἦν καὶ Αἰολικῶς ἐγένετο μεὶς διὰ τῆς ει διφθόγγου.* Sed quo iure *μεὶς* pro Aeolismo Homerico venditatur? Nempe *μὴν* Ionicum et Atticum esse dicunt; atqui praeter hoc legimus *μείς* ap. Hesiod. *ἔ.* 557. in hymn. Hom. in Merc. v. 11. ap. Anacreontem Herodotum (v. Dindorf. de Her. dial. p. IXL) Hippocratem adeo ap. Platonem (v. Lobeckii paral. p. 92).

Num credamus cum Giesio, cui Kuehnerus in gramm. Gr. p. 16[2]. et Ameisius p. 46 adstipulati sunt, Ionicos scriptores omnes eam vocem arbitrarie ex vicinorum Aeolensium commercio adscivisse? Nam ab Iadis consuetudine formatio *μεὶς* minime plane abhorret quod saepissime lingua inconstantiam quandam secuta est[48]). Recte igitur schol. B. ad l. *μεὶς Ἰωνικὸν* adnotavit atque valde dubito num Lentzius in Herodiani, qui constanter acutum testificatus est quamquam Aeolice debuit scribi *μεῖς*, verbis *π. καθ. πρ.* I. p. 400, 4—6: *τὰ εἰς εις μονογενῆ ὀξύνονται, δεὶς ἄρρητον, — μεὶς ὁ μὴν, κτεὶς καὶ κλεὶς θηλυκόν* post *μεὶς* pro Choerobosci verbo *Ἰωνικῶς* iure inseruerit *Αἰολικῶς* (vel *Βοιωτικῶς*); Ahrensius autem Ionico et Attico *μεὶς* etiam Doridem mitiorem usam esse credidit, Pindaricum quidem (N. V. 44) Aeolicum vocavit Peter de dial. Pind. p. 17.

Giesii argumento sic delumbato distinctionem totam reicio, contra omnia Aeolica vestigia ad antiquiora carmina revocanda esse contendo. In ratione vero ea inmiscendi poetas Ionicos non anxie certam quandam normam probasse sed liberius pro epicae poesis natura Aeolicum colorem sermoni Ionico adspersisse intellegendum esse existimo, quae licentia ne nimia sit non metuo; quare nos non recte puto agere si hodie legem scrupulosius scrutari et reficere molimur qua suo quisque loco Aeolismus metiendus sit (cf. Bergk. p. 855).

Praeterea verisimile est textum carminum Homericorum qualis traditus est multas corruptelas traxisse dialectumque mendosis formis inquinatam esse tralatione antiquioris alphabeti, quae quo pacto facta sit parum conpertum habemus[49]).

---

48) Contra pro vulgari forma ὀδοὺς Iones ὀδὼν dixerunt cf. Herod. VI. c. 107.

49) Monuerunt de re Kayserus in Philol. tom. XVII. p. 717. XVIII. p. 663. Bergk. p. 858 sq. Hartel. p. 429. qui rem apte tractandam viris doctis commendavit.

ADDENDA.

Ad §. 2 I. 5. p. 21: Nom. pr. *Ἶρος* Suidas ex Aeolismo derivasse videtur cum scriberet s. v.: *ΙΡΟΣ. ὁ πτωχός, διὰ μακροῦ τοῦ ι. ἱρὸς δὲ, ὁ ἱερός, κατὰ κρᾶσιν.* ad §. 3. 5. p. 32: Pro Aeolismo accipio etiam partic. *ἀχεύων* quod semper est in versuum clausula: *θυμὸν ἀχεύων* *E.* 869. *Σ.* 461. *Ψ.* 566. *φ.* 318 (Hes. *ἔ.* 399; item Quintus Smyrnaeus Posthom. *Γ.* 643: *θυμὸν ἀχεύειν*) *ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων* *I.* 612. *Ω.* 128. *β.* 23. *δ.* 100. *ξ.* 40. *πυκινόν περ ἀχεύων* *λ.* 88. *μέγ' ἀχεύων* *π.* 139; contra legitur *ἀχέων* *B.* 694. 724. *E.* 399. *Σ.* 446. *λ.* 195 (scut. Herc. 93) *ἀχέουσα* *I.* 567. *o.* 361. ad p. 117: ‚Aristarchus veteris Ionismi causa verba truncavit augmentis suis' v. Wolf. Prol. p. CCXLVI. n. 231.

Iam cum tota fere dissertatio typis esset exscripta, Ern. Herzogii librum cuius titulus est „Untersuchungen über die Bildungsgeschichte der griechischen und lateinischen Sprache" (Lips. 1871 Teubn.) cognovi, in quo p. 106—148 de Homerica elocutione disserens p. 110—127 „die für den productiven epischen Dichter vorhandenen dialektischen Verhältnisse" cursim exposuit, tum p. 127—139 ab his formis segregavit „die nicht auf dialektische Unterschiede zurückzuführenden mehrfachen Formen desselben Worts oder Flexionsfalls" (v. p. 110). Sed in hac re, sicut in toto libro multa sunt parum adcurate atque prave disputata (e. g. de Atticae dialecti ratione p. 176—189), neque satis sano iudicio usus est neque novi quicquam protulit. Quamquam igitur hac disputatione mea iudicia minime mutantur, tamen breviter eius sententias adscribam.

(Ad p. 2.) Dialectos Ionicam Aeolicam Doricam sicut gentes satis distinctas fuisse aetate Homerica definite probavit p. 111 atque merito ut (ad p. 11) Dorismos Homericos ratos non habuit eosque qui feruntur *τυψέμεν χολωσέμεν* p. 113. 133. *τεΐν* (p. 130) *προτὶ τύνη* (p. 143) *ἐσσεῖται* ad archaismum vel Ionismum remisit p. 113. 125/6, ita Aeolismos agnovit p. 124/5, quos quomodo explicuerit his verbis elucebit (ad p. 164): „Dass zur Zeit

der Blüthe des epischen Gesangs ein Mischdialekt in Ionien geherrscht hätte, können wir nicht annehmen, sondern nur, dass gewisse Sonderausdrücke und gewisse grammatische Formen von demjenigen Dialekt, mit welchem die meiste Berührung stattfand — und dies ist der äolische — angenommen wurden. Und selbst Sonderausdrücke werden häufig genug ihrer äusseren Form nach dem eigenen Dialekt, in den sie aufgenommen wurden, amalgamirt worden sein, indem ein *α* zu *η* wurde (fortasse in *ἐρίηρος ἐρίηρες* ad p. 64/5. 96), ein Digamma schwand u. dergl. — Zunächst dichtete der Dichter natürlich aus seinem Dialekt heraus, allein wenn er aus diesem des Metrums und des dichterischen Tons wegen nicht jedes nächstliegende Wort aufnehmen durfte, sondern wählerisch zu Werke gehen musste, warum hätte er nicht auch, wenn er gleich Ionier war, schickliche Ausdrücke und Formen benachbarter Aeolier wählen sollen? Sang er doch für Aeolier wie für Ionier, zog bei beiden umher und nahm äolische wie jonische Stammessagen in seine Stoffe auf." p. 112. „Die Dichter haben eine gewisse sehr beschränkte Anzahl (?) von metrisch (!) nützlichen Aeolismen in Wörtern und Flexionsformen aufgenommen, die theils von den Ioniern überhaupt gebraucht wurden, (?) theils aber vom Dichter für seine Zwecke ausdrücklich gewählt. Dabei trägt die Mehrzahl derselben den Charakter des Vereinzelten (?) wie er eben zu dem Motiv der individuellen Auswahl passt." p. 124. „Der Dichter musste seine Analogien u n m i t t e l b a r, ohne analysirende Reflexion schöpfen, sey es aus der Sprache des täglichen Lebens oder aus den ihm und seinen Zuhörern geläufigen Formen eines Nachbardialekts oder endlich aus den von ihm erlernten älteren Gedichten und war endlich gebunden an den Horizont seiner Zuhörer" p. 142/3. cf. p. 147. De singulis sic iudicavit:

Praeter formas *αὐέρυσαν αὐίαχος ταλαύρινος καλαῦροψ Φὴρ Θερσίτης Ἁλιθέρσης Πολυθερσείδης* p. 116. *βέρεθρον ἴα πίσυρες* p. 115. (male dixit „die äol. Form lautete gewöhnlich *πέσσυρες*, allein das hätte metrisch keinen Unterschied gegenüber von *τέσσαρες* ergeben. Deshalb wurde nun die andre äol. Form *πίσυρες* gewählt" ad p. 68. 116) *ἐρεβεννὸς* p. 116. *ὕπαιθα* (*ἤλιθα*

μίννυθα addit „ob hier nur der Dichter oder der ganze Dialekt die Entlehnung vorgenommen hat, lässt sich nicht entscheiden") ἄμυδις ἄλλυδις p. 121. syll. ζα- p. 120 („hier also ein Uebergehen vom äol. in den jon. Volksdialekt (Herod.) und von Homer aus in die Dichtersprache überhaupt", ad p. 44—46) νύμφᾰ νεφεληγερέτα p. 118. ἀλκὶ ἰῶκα ὑσμῖνι p. 119. ἄμμες ὔμμες p. 120 inter Aeolismos nimis confidenter aut falso recensuit has: ὄτριχες πεμπάζεσθαι πεμπώβολον μεὶς βῶν p. 115. βέλευς βέλει (pro βέλεϊ) p. 118. ἕταρος βόλομαι p. 116 (male „dafür steht zwar sonst im Aeol. βόλλομαι; allein wie neben πέσσυρες πίσυρες, so mag auch neben βόλλομαι ein βόλομαι sich gefunden haben", ad p. 91) ἄγυρις ἀνώνυμος (ἐρεβεννός) ἐραννός p. 116 („es ist wohl möglich dass die Reception in den hom. Gedichten diese Formen zu gemeingriech. gemacht hat. Oder aber es hat hier Uebergang vom äol. in den jon. Volksdialekt stattgefunden, wie dies auch bei dem Verb. ἀγρεῖν = αἱρεῖν anzunehmen ist in den Imp. ἄγρει u. ἀγρεῖτε", ad p. 70. 71. 56. 36) πόληος βασιλῆος etc. genetivos in οιο αο αων dativos in εσσι optativos in ειας ειε ειαν terminatos p. 118. 123. 145 („vom Dichter aus nicht sprachgeschichtlich zu erklären, sondern dialektisch, weil der lebendige Nachbardialekt dem Horizont desselben näher lag als die vergangenen Zeiten", ad p. 78. 92. 93. 118) μάρτυρος φύλακος p. 119. ἐγὼν ἐμέθεν σέθεν ἕθεν p. 120 (ad p. 111. 158) ἐγρήγορθαι p. 122 („da derselbe (äol.) Ablaut sich durchweg in diesem Perfect findet und metrisch gleichgültig ist, so ist er im Volksdialekt entlehnt w.", ad p. 15. 69) ἐπισχοίης p. 123. indicativos τίθησθα vel ut maluit τίθεισθα φῆσθα δίδοισθα omnes coniunct. optat. qui -σθα praebent p. 122, futura et aoristos liquidorum verborum in σ p. 124. („es ist dies aber, da dieselben auch in andern Dialekten vorkommen, fraglich, und wenn sie bei Homer äolisch sind, so wird sie der jon. Volksdialekt entlehnt haben; denn metrisch sind sie von untergeordneter Bedeutung", ad p. 118, cf. κασπολέω p. 146). Aeolicam vocavit vocem λυκάβας ξ. 161. τ. 306 (quam Arcadicam fuisse gramm. ap. Bekk. an. Gr. III. p. 1095 n. chartae illevit) quia legitur in recentissimo tit. Mytil. c. i. G. 2167. 7. p. 115. 68. Scilicet in Iahn. ann. vol. 101 (1870) p. 296

ıicis vocibus conpositis quarum pars prior exit in η addidit υκάβας (von λύκη) mit nicht jon. α in einem bei Hom. vornmenden aber nicht jon. Wort" nimirum α longum intelleıs; sed male caecutiebat cum breve sit, quare nisi alia causa ɜedit assumptio Aeolismi futilissima est. ad p. 47: de prominum littera π quae et ipsa Aeolismus esse possit videri niecit: aut Ionicum et genuinum κ a Pisistratidis demum e rminibus propulsatum et cum vulg. et rec. π conpensatum se aut κ in ea solum Iadis parte quam Herodotus adhibuit ιesisse, quarum explicationum priorem probat (sicut de δέχομαι ro δέκομαι p. 127. 139. 186; ad p. 17) p. 126. 139. 167/8. 86. ad p. 76. 77 de vocabulis ἄλτο ἄεσα dixit: „im I. ist die orauszusetzende Länge des α problematisch und jedenfalls über-üssig anzunehmen, beim II. erklärt sie sich — als metrische ıicenz" p. 122. sicut etiam σσ λλ metrica licentia defendit p. 136. 41. 145 (ad p. 40. 52.) ad p. 106—108: pro ζαῆν cum Ahrens. αῆ praefert p. 119: „eine so ganz vereinzelte Anwendung äol. Accusativs zu finden ohne Noth — möchte ich mich nicht ɜntschliessen." ad p. 120—123: κεκλήγοντες defendit vulg. γῶτες in suspicionem vocans p. 124: „hier musste der Dichter, wenn er die Pänultima lang haben wollte, die äol. Form wählen, und so trifft dann auch hier Alles zusammen, was einen Aeolismus bei Homer erkennen lässt: Ueberlieferung, Nachweis des äol. Charakters und Bedürfniss des Dichters"; formationem part. perf. Aeol. ex analogia part. praes. repetiit p. 93. n. ad p. 126. n: προθέουσι == προτιθέασι inprobavit p. 25. n. ad p. 143: Curtii sententiam, κ euphoniae causa insertum esse, pluribus commendavit p. 30—32. 74. ad p. 147: „bei Hom. ist κέ oder κὲν häufiger als ἄν, metrisch aber ist es ziemlich gleichgültig (?), woraus wohl zu schliesen ist, dass jenes ursprünglich auch bei den Ioniern heimisch war und erst allmählich durch ἄν verdrängt wurde" p. 121. Sed chartae parcam.

CORRIGENDA.

Lege p. 3. v. 7: interpretarenturque p. 4. v. 13: non modo pro non modo non p. 5. v. 6: ϑεμιστοπόλοι p. 11. v. 19: eorum pro earum p. 13. v. 7: Ψ. 327. p. 14. v. 22: §. 14 pro 14 p. 15. v. 32: Αἰολικωτέρα p. 16. v. 27: III[3]. p. 876 p. 23. v. 26: p. 132 p. 28. v. 26: T. 281 pro Γ p. 28. v. 28: σ. 99 pro 699 p. 29. v. 35: T. 180 pro Γ p. 31. v. 9: p. 65. 271 pro p. 652. 71 p. 33. v. 5: ἐκ τοῦ τάλας καὶ τοῦ ῥινὸς p. 43. v. 29: Christ. p. 151 p. 46. v. 5: poeticarum p. 46. v. 37: I. 325. Ξ. 213. Σ. 259. p. 48. v. 14: δ. 412 p. 50. v. 10: melius pro magis p. 50. v. 13/4: π. ὀρϑογρ. p. 50. v. 35: T pro Γ p. 53. v. 10: ζ. 326 pro 310 p. 56. v. 29/30: habendae sunt, inter quas p. 56. v. 31: Ἀργινοῦσσαι p. 57. v. 7: dele semicolon p. 58. v. 35: lege φιλήμεναι p. 62 v. 27: c. i. G. 1593 p. 65. v. 9: ἐρικυδέος p. 66. p. 3: B. 447 p. 66. v. 30: ἐστὶ p. 70. v. 14: ζ. 138 pro ξ p. 72. v. 13: η. 138 p. 72. v. 27: praetermittenda p. 73. p. 85. per errorem quem nunc rescindere nequeo duas §§ numero 9 notavi p. 76. v. 17. lege: §. 2. II. 3. §. 5. p. 78. v. 38: Aeolica p. 80. v. 13: P. 280 pro 380 p. 80. v. 29: T. 245 pro A p. 83. v. 22: Aeolicum p. 83. v. 29: Δ. 162 falsum est; lege (pellis taurina pro subst. υ. 2. 142. βοέης P. 492. βοείην P. 389. Σ. 582. X. 159. υ. 96. χ. 364. βοείας Λ. 843. M. 296, sed δέρμα βόειον ξ. 24. βοείας κνημῖδας ω. 228/9. νεῦρα βόεια Δ. 122. βοείας ἀσπίδας E. 452/3. M. 425/6.) p. 87. v. 29: T. 216. pro Γ p. 89. v. 7: 40 pro 50 p. 89. v. 10: eiciendi. p. 94. v. 25: ἱππότᾰ p. 95. v. 21: iniecissent p. 95. v. 34: 1457, 18 p. 98. v. 36: κ. 290. 315. p. 98. v. 37: D pro V p. 99. v. 6: ϑ. 343. 344 pro 334 p. 99. v. 11: ϑ. 344 p. 99. v. 20: T. 49. pro Γ p. 99. v. 33: durantium genus p. 100. v. 6: inseruit ϑ. 326, p. 101. v. 10 adde: I. p. 136 p. 102. v. 22 lege: I. p. 136 p. 103. v. 3: 2166. b. 1. pro 266 p. 108. v. 21: Ἀλκαίῳ εὑρέϑη, v. p. 111. v. 7: Π. 395 p. 111. v. 16: quas p. 111. v. 24: ἐμέϑεν p. 112. v. 1: quas p. 112. v. 7: φ. 231 pro ρ p. 115. v. 22: π. ὀνομ. p. 116. v. 29: singulare p. 119. v. 22 adde comma ante εἰκότως p. 124. v. 12. 14 lege τοῦ ῡ pro τοῦ ῠ p. 127. v. 33: ᾱ̆εισι audit p. 129. v. 1: comma deest post σάου.

Leviora errata non indicavi.

Vita.

Gustavus Ludovicus Guilelmus Hinrichs natus sum Ieveriae, in urbe Oldenburgensi, die XIII. m. Ianuar. a. h. s. LI. patre Henrico, matre Christiana e gente Weferiana quibus etiamnunc superstitibus maxime gaudeo. Fidem profiteor evangelicam. Septem annos natus cum parentibus Berkam, in oppidulum ad Ilmam flumen prope Vimariam situm, transmigravi ubi in schola communi litterarum elementis imbutus sum simulque a duobus viris optimis Dr. Const. Ellio qui superintendentis munere fungitur et Frid. Klugio adiuncto em. linguae Latinae et Graecae rudimenta accepi. Tum postquam gymnasium Vimariense quod floruit directore H. Rassovio professoribus H. Webero et O. Heinio, nunc gymnasii Magdalenaei Vratislaviensis directore, per quinque annos frequentavi, vere a. h. s. LXX. maturitatis testimonio instructus Ienam me contuli ut theologiae et philologiae studiis initiarer. Illa cuius praeceptoribus usus sum vv. cll. Diestelio Grimmio Hasio Hilgenfeldio Rueckerto post annum me abdicavi, philologicas et philosophicas scholas adii vv. cll. Bursiani Cun. Fischeri Gaedechensii Maur. Schmidtii Wittichii. Ac Bursiani potissimum et Schmidtii benevolentia factum est ut per sex menses seminarii philologici essem sodalis ordinarius. Anno h. s. LXXI exeunte inter cives universitatis litterariae Fridericae Guilelmae Berolinensis receptus sum ubi per sexies sex menses audivi vv. cll. Althausium Bonitzium Curtium Droysenium Duehringium Ebelium Hauptium Heydemannum Hothoum Huebnerum Kirchhoffium Michaelem Mommsenium Muellenhoffium Steinthalium Wattenbachium Weberum Werderum Zellerum. Per quattuor semestria et ultra ad societatem Graecam Kirchhoffius, ad Theotiscam Muellenhoffius, per duo ad Aristotelicam Bonitzius, ad philologicam Huebnerus aditum mihi benigne concesserunt. His viris illustrissimis omnibus qui optime de me meriti sunt gratias ago quam maximas.

THESES.

I.

Aeschyl. Sept. adv. Theb. v. 721. vulgarem lectionem *πατρὸς εὐκταίαν Ἐρινὺν* quae metro repugnat mutandam iudico in *πατρὶ σευμέναν Ἐρινύν.*

II.

Sophocl. Oed. Col. v. 45. pro *ἕδρας γῆς τῆσδ'* lego *ἕδρας γ' ἐκ τῆσδ'*.

III.

Perperam Dindorfius tragicorum diverbiis Ionicam formam *ἱρὸς* pro vulgari *ἱερὸς* inculcare studuit.

IV.

Nom. pr. *Θερσαγόρας* quod est in Luciani quod fertur encomio Demosthenis §§. 1. 22. 24. 27. aut *Θαρσαγόρας* aut *Θερσαγύρας* scribendum videtur, nisi auctorem id non recte finxisse malis.

V.

In vetere Attica dialecto antiquius *ϱ* pro vulg. et recent. *λ* saepius retentum fuisse aperte probatur vocibus *ναύκραρος* et *αἰγικορεῖς*.

VI.

Inter formas *τιθέᾱσι τιθεῖσι διδόᾱσι διδοῦσι δεικνύᾱσι δεικνῦσι* etc. et accusativos *βασιλέᾱς βασιλεῖς πόλεᾱς πόλεις βόᾱς βοῦς σύᾱς σῦς* alios eandem rationem intercedere existimo.

Jenae, typis Friderici Frommanni.

